

**Hadriani Relandi Dissertationum miscellanearum pars prima [-tertia] /
[Adriaan Reelant].**

Contributors

Reelant, Adriaan, 1676-1718

Publication/Creation

Trajecti ad Rhenum : Ex Officina G. Broedelet, 1706-1708.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/cu95pkw4>


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>




~~634~~

43566/A










73674
HADRIANI RELANDI

DISSERTATIONUM

MISCELLANEARUM

PARS PRIMA.



TRAJECTI AD RHENUM,

Ex Officina GULIELMI BROEDELET,
Bibliopolæ. c1796.



S U M M O. V I R O.
PETRO. DANIELI.
H U E T I O.
EPISCOPATU. DIOECESIOS.
ABRINCENSIS.
ALIISQUE. DIGNITATIBUS.
I L L U S T R I.
HADRIANUS. RELANDUS.

S



A est Tua insignis eruditio,
& fama per orbem diffusa,
Illustrissime Praesul, ut etiam-
si nullus ante mihi patuisset
ad amicitiam Tuam aditus, Tu praeci-
pue deligendus esses, cui munusculum

hoc literarium, ad consuetudinem nostrorum temporum, sacraretur. Nunc, quum & publico & privato nomine, hoc quicquid est, officii, a me flagitari intelligam, est quod mihi gratuler, quum duplici illa ratione insigne mihi emolumentum ex suscepta hac opera promitto. Quod harum literarum omniumque bonarum artium & scientiarum, Tu cultor, Tu patronus, Tu decus eximium sis & ornamentum, quem ego Iudicem peritorem desiderare possem? quod idem me benevolentia tua privatim complecti volueris, quem benigniorem meorum conatuum arbitrum & interpretem exoptarem? Quibus & hoc addam, eadem studia, quae mihi in deliciis sunt, & argumentum huic opusculo praebuerunt, materiem Tuarum lucubrationum fuisse; quas viri eruditi, per universum terrarum orbem, qua literarum elegantiorum amor

amor, & linguae Latinae usus aliquis propagatus est, summa cum admiratione exceperunt. Fateor equidem, haec cogitatio me ab incoepto detertere potuisset, & illud praesertim, quod de situ Paradisi terrestri in schedas conjeceram, in aeternas tenebras deprimere, nisi magnam simul de humanitate Tua existimationem concepissem. Nemo Te melius novit, multa in hoc studiorum genere ita disputari, ut contrariis opinionibus, & sententiarum divortiis, obnoxia sint, & vix ultra probabiles conjecturas saepe progredi liceat. Nec tu ex illorum numero es, qui, si quis modeste a Te dissentium profiteatur, ferre illum nequeas, aut amice monere non velis, ut sanior sententiam amplectatur: nec ego is sum, qui pro conjecturis meis tanquam pro aris & focis pugnare decreverim, & meliora edoctus opiniones meas mordi-

cus defendere. Quod uti tibi persuasum esse volo, ita nihil mihi gratius accidere posse profiteor, quam si tanti meas nugas esse duxeris, ut errores meos indicare digneris, atque ita indies magis magisque in literis proficiam. At vereor, ut tibi placere possit, ne alia memorem, stylus inconditus, nec ad nitorem Latini sermonis compositus: Tibi, qui praestantissimos Auctores, quos ob singularem dicendi scribendique facultatem vetus Latium aut Graecia celebravit, sive ligato, sive soluto sermone loquentes, ita imitari soles, ut qui Tua legunt in mediam sibi Romam vel Athenas delati videantur. Et limatius forte haec ipsa prodire potuissent, nisi magnam partem ex schedis, quae ornari & perpoliri non solent, collecta, aut in recitationibus Academicis fuissent effusa. Te vero, ut quicquid hoc munusculi

nusculi est, Vir Illustrissime, aequo animo accipias, rogo, & me Tui amantissimum amare perseveres, diuque Gallia Tua Te sospite fruatur. Scribebam Trajecti ad Rhenum. Kalendis Juliis.

CIDCCCVI.

S E R I E S
DISSERTATIONUM

Q U A E
P A R T E P R I M A
C O N T I N E N T U R .

I.
DE SITU PARADISI TER-
RESTRIS.

I I.
DE MARI RUBRO.

I I I.
DE MONTE GARIZIM.

I V.
DE OPHIR.

V.
DE DIIS CABIRIS.

V I.
DE VETERI LINGUA IN-
DICA.

I. DIS

I.

DISSERTATIO

DE

SITU

PARADISI

TERRESTRIS.

ORIGINAL

UNITED STATES

DEPARTMENT OF THE ARMY

OFFICE OF THE ADJUTANT GENERAL



I.

DISSERTATIO

DE

SITU

PARADISI

TERRESTRIS.



Incet multorum insignium vi- §. I. Para-
rorum industria occupata fue- *disus in*
rit in indagando situ Paradi- *Armenia*
si terrestris, quem descri- *quaeren-*
psit Moses Gen. 2. v. 10. & *das.*

qq. non tamen illorum omnium diversas
rca hoc argumentum opiniones recensebo,
ec quenquam eorum refutabo; quod & non-
lli ex iis amicitiae nexu mihi juncti sint,
am fovere omni ope adnitor, & contentus sim
tentiam illam, quae mihi aut vera aut verae

4 DISSERTATIO I.

proxima videtur, exponere, & idoneis, ut mihi appareant, rationibus firmare, ne taedio sim lectori meo & in nimiam molem haec Dissertatio crescat. Quod si illa omni modo non satisfaciatur & suis laboret difficultatibus, quod non nego, existimo tamen eas pauciores numero hac hypothesis quam in ulla alia inveniri. Porro itaque in Armenia fuisse olim Paradisum terrestrem, & eo quidem loco, qui medius est inter fontes quatuor fluviorum, Phasidis, Araxis, Tigridis & Euphratis, quos esse illi credo qui a Mose describuntur nominibus Pisonis, Gihonis, Chiddekel, & Phrath; qui omnes ex uno fluvio, postea cum omnibus Paradisi contentis deperdito, ortum traxerunt. Nunc rationes, quae mihi hanc sententiam probabilem reddiderunt, accipe.

§. II. *Quatuor diversi fluvii, ii. que ex uno profluentes, indagandi.*

II. Quatuor fluvios נהרות memorat Moyses, a se invicem distinctos, unde & ὁ ἑκάστης unicuique adsignat, & primum, secundum, &c. appellat. Quumque ea vox in textu Codicis Hebraei soleat fluvios integrosque naturales, significare, non video cum simplici & consueta notione recederem, ad exiguos quosdam ramos & arte humanos Tigridis vel Euphratis hic attendere, qui ex ipso Euphrate & Tigri egrediuntur non ex communi cum iis origine, fluvio uno Edenico. Ideoque fluvios ipsos

qu

quaero, quales Hiddekel & Phrat (quos inter omnes fere constat esse flumina Tigridis & Euphratis) eosque a Tigri & Euphrate distinctos, uti ipse Moses distinguit, & ex uno profluentes. Et profecto, si quis liber a praconceptis opinionibus verba Moſis, ut exant, legit, quae loquuntur de fluvio uno, qui ex Edene profluit, & hortum irrigans, inde dividitur, ut ex eo fiant quatuor capita, vix quidquam aliud inde potest colligere, quam ex uno illo fluvio quatuor alios procedere & elabi, qui quatuor distinctos & a se, & ab flumine Edeico, fluvios efficiant. Adde quod voces ראש *capita* & נהרים *fluvii* idem hic notent: cum Gen. 2. v. 11. dicatur, *Nomen primi* sc. *Capitis*, quod proxime praecesserat, & 12. *nomen fluvii secundi*. Atque ita distincte recensentur nomina & cursus illorum quatuor fluviorum, ut non possint non pro distinctis fluminibus haberi. Uti enim Euphras flumen est, uti & Tigris, &, quando de hoc sermo est, integra flumina concipio, sic quoque Phison & Gihon concipi debent, quae eodem nomine *fluvii* & ראש *Capitis* describuntur. Praeterea dicitur unus ille egredi ראש ex Edene, & inde משם dividi vel separari aut abire (quod cum נצ' junctum rsum vel lapsum fluvii indicat) ita ut inde eruant 4 capita sive אֵצְחָאִי, fluvii sc. inde pro-

fluentes: qui cursum suum continuantes dicuntur **הולכים** & **סובבים** *euntes* versus hae vel illas, & *circumeuntes*, regiones, juxta fluvium processum, uti semper hae voces in S. S. accipi solent: quales 4 fluvios ex communi origine procedentes in brachiis Tigridis aut Euphratis frustra quaeras. Nec descriptio terrarum, quas alluunt, **כל ארץ החוילה** *universae terrae Chavilae* & **כל ארץ כוש** *universae terrae Cush* videtur ramis quibusdam Euphratis aut Tigridis, qui omnes admodum exigui fuere, convenire posse. Et quidni Moyses scripsisset, siquidem per Phisonem aut Gihonem innuere voluisset ramos Tigridis vel Euphratis; Phison & Gihon sunt nomina avium, qui ab Euphrate & Tigri, postquam confluerunt, abeuntibus a se invicem formantur & in mare se effundunt: vel; Gihon & Phison sunt rami Euphratis Tigridisque, qui inter utrumque flumen intercipiuntur aut simili modo? Quorsum illa terrarum descriptio quas alluebant & mentio lapidum quum multo brevius ea & clarius dicere potuisset, si mens Moysis fuisset ibi Paradisum collocare, ubi pleraeque Virorum Eruditorum hypotheses illum hodie in Mesopotamia vel Parapotamia describunt? Erunt itaque ut emphasi verborum Moysis satis fiat Phison & Gihon flumina ab ipso Euphrate & Tigri distincta.

& ex eodem cum iis loco profluentia a comuni origine, fluvio Edenico. Quare ad fontes Euphratis & Tigridis adscendendum est, ut sciamus quis pro primo fluvio Phison sit habendus.

III. Quum itaque quatuor distinctos fluvios §. III. Phisone est Phasis, Scythiae fluvius. invenire debeamus juxta ductum Mosis *Gen. 2. v. 10. & seqq.* & ad fontes eorum adscendendum sit, ubi primum prodierunt ex uno illo fluvio Edenico, qui se in quatuor capita divisit, constetque inter omnes fere Eruditos Tigrim & Euphraten esse flumina ex illis a Mose descriptis, nullumque sit praeter Araxem (quem & ipsum inter fluvios Paradisi censemus,) cujus fons propior sit fontibus Euphratis & Tigridis, quam Phasis, illum pro Phisone habemus. Dudum enim explosa est fabula, Phasin fontem non habere, sed commisceri Oceano qui terram ambit, quod Hecataeus Milesius & alii volebant, recteque scripsit Artemidorus Ephesius id falsum esse: πὺν γὰρ Φᾶσιν μὴ συμβάλλειν τῷ Ὠκεανῷ, ἀλλ' ἐξ ὀρέων καταφέρεισθαι, *Phasin enim non influere in Oceanum sed ex montibus oriri,* uti & Eratosthenes *lib. III. Geograph.* scriptum reliquit, observante Scholiasta Apollonii Rhod. *lib. IV. v. 259.* Quod experientia confirmavit. Ipsum nomen quoque Phisonis a Phaside non abludit, nisi quod, ut illud Hebraeam terminationem םי habet, ita

hoc Graccam is: & reliqua, quae de regione
 adjacente narrat Moses, satis bene Colchidi,
 quam Phasis alluit, conveniunt. Atqui, di-
 cet aliquis, exiguus fluvius est Phasis, nec
 cum Euphrate & Tigri comparandus, quare
 pro illo majus flumen videtur substituendum.
 Fateor longe majores esse Euphratem & Ti-
 grim: verum id nostrae opinioni non obstat,
 quandoquidem Auctor Sacer nusquam scriptum
 reliquit, omnes fluvios Paradisiacos ejusdem ma-
 gnitudinis fuisse. Et praeterea notari mere-
 tur ipsum Phasin a scriptoribus profanis di-
 ferte magnum flumen appellari. Strabo *Geo-*
graph. lib. x. de Colchide loquens *διὰ ῥῆϊ δὲ*
αὐτὴν ὁ Φάσις μέγας ποταμὸς ἐξ ἀρμενίας ταῖς
ἀρχαῖς ἔχων. *Hanc illabitur Phasis, ingens*
flumen, ex Armenia ortum ducens: unde ea-
 dem opera videre est ex eadem regione, Ar-
 menia scilicet, unde & Tigris, & Euphrates,
 & Araxes, oriuntur, Phasin profluere. Quod
 & ipsum *Dionysius in Periegesi* testatur v.691.

— ἐνθα δὲ Φάσις

Κίρκαις κατὰ νῶτον ἐλίσσόμενθ' πεδίῳ
Ἐυξίνῃ ποτὶ χεῦμα θοὴν ἐπερεύχεται ἄχνην
Ἀρξάμενθ' τὸ πρῶτον ἀπ' ἔρεθ' Ἀρμενίῳ.

— ubi Phasis

Per dorsum Circaeï campi se volvens
Rapidam spumam eructat ad undas Euxini,
Primum oriens ex monte Armenio.

Ubi

Ubi & Ἰὸν ἄχνην ei attribuit. Similiter Valerius Flaccus magnum eum appellat: cui epitheto quum mox subjungat poëta illum *spumanti ore* ruere, *Argon. lib. 5.*

*Coeperat optatos jam lux ostendere Colchos,
Magnus ubi aduersum spumanti Phasis in aequor
Ore ruit,*

vitio ei id vertit Vir doctissimus Jacobus Nicolaus Loensis *Miscell. Epiphill. lib. IV. c. 4.* quia aliunde constat maxima flumina minimo sono labi, & Orpheus Phasidi ostium tranquille fluens in *Argon.* adscribit. Praeiverat Valerio Apollonius Rhodius, eum non tantum appellans *vers. 1265.* Φᾶσιν ἐυρυγέοντα *Phasin latissimum*, sed mox *vers. 1269.* de eodem *Εἰσέλασεν ποταμοιο μέγαν ῥόον. Ἀυτὰρ ὁ πάντη Καρχηλάων ὑπέεικε.*

*Invehuntur magnum fluvii alveum, qui qua-
quaaversum
Aestuans recessit.*

Ne quis autem illa poëtice ita scripta existimet, ad haec Plinii verba attendat, *lib. VI. cap. 4. Hist. Nat.* qui vastos amnes in Phasin illabi & longe navigabilem quam libet magnis navigiis ita tradit: *Clarissimus Ponti Phasis oritur in Moschis: navigatur quamlibet magnis navigiis xxxviii. M. D. pass. inde minoribus longo spatio pontibus cxx. pervius. Oppida in ripis habuit complura celeberrima Tyritacen,*

*Cygnum & in faucibus Phasin. Maxime autem inclaruit Aea, xv. mill. pass. a mari, ubi Hippos & Cyanos vasti amnes e diverso in eum confluunt. & mox. Et alios accipit fluvios magnitudine numeroque mirabiles, inter quos Glaucum. Scylax quoque in Periplo χθονὸς Ἑυρώπης μέγαν ἢ δ' Ἀσίας πέρα μιν Φᾶσιν, magnum Europae & Asiae terminum Phasin appellat, uti & ante ipsum Aeschylus in *Prometh. solut.* fecerat quod exiguo fluvio non convenit; & Procopius lib. 2. de bell. Persico, eum, si quem alium, profundum appellat: & hinc natum proverbium, *Nec Phasis malum eluat.* Si quis porro accuratiorem Phasidis descriptionem legere desiderat, legat Arriani Periplum Ponti Euxini, ubi & aquas ejus commendari a levitate & integritate, aliisque virtutibus, inveniet. Auctor Cosmographiae vulgo Aethico adscriptae currere Phasin scribit millia cccv. In Excerptis Julii Honorii oratoris, id spatium augetur D. mill. ibi enim extat Phasin currere millia dcccv. quod tamen nimium est.*

§. IV. Terra Chavila, quae.

IV. Describit Phisonem Moses accuratius, quod alluat vel circumbeat כל ארץ החוילה, universam terram Chavila, ubi aurum est, &c. Videamus an & hoc Phasidi conveniat. Ut autem indagemus quae sit terra Chavila, obfer-

servandum est, probabiliter admodum id nomen regioni inditum esse ab homine quodam ita dicto, qui vel ipse, vel cujus progenies eam primo incoluit. Ita antiquissimis temporibus fieri consuevisse nomina terrae Assur, Canaan, Javan, Mizraim & multa alia evincunt. Durum enim mihi videtur, quod Cl. Bochartus vult in *Phaleg cap. 6. Mizraim* e. g. notare Aegyptum ab *angustiis* ita dictam, &c. & quum Chami filii dicuntur fuisse Chus, Mizraim, &c. id tantundem valere, ac Chami filii, qui conditores fuere vel incolae regionis Chus, Mizraim, uti si quis dicat A-genorem genuisse Thebas, quia Thebarum conditorem Cadmum genuit. Nec obstat He הדיעה five demonstrativum, nominibus propriis hominum praeponi non solitum; unde illud הארונה 2 Sam. 24: 16. appellativum esse Judaei interpretes suspicantur, (לא תבוא הא הדיעה על שם האדם לפי שהשם הוא הדיעה ואין צריך ידיעת אחרת non componitur He demonstrativum cum nomine hominis, quia id ipsi proprium est, nec alio indicio indiget, scribit Grammaticorum Hebraeorum Princeps R. D. Kimchi in *Michlol pag. 54. ed. Ven.*) nam quum illa nomina hominum evaserunt nomina gentium vel locorum, saepe ה praefigi Kimchi ipse observat, uti *Ezech. 38: 2. terram המגוג Magog, Jos. 13: 7.*

13: 7. tribui *המנשה Menasse*. Quod si tamen Chavila *חול a חילה*, ab arenis ita dictam velit, (quod etymon *Κωλικοῖς* genti Colchis vicinae aptius conveniret) nondeffent rationes, quae id illi regioni, quam nos per Chavilam intelligimus, tribui posse ostenderent. Sed lubentius credimus a viro ita dicto terram Chavila esse appellatam. In sacris autem literis duo Chavilae memorantur, unus nepos Chami *Gen. 10: 7.* alter nepos Heberi, frater Ophir. *Gen. 10: 29.* Legimus etiam nomen loci Chavila (incertum tamen an ab hoc vel illo Chavila ita dictus sit) bis in V. T. *Gen. 25: 18.* ubi Ismaelitae habitasse feruntur *a Chavila usque ad Sur*, e regione Aegypti & *1 Sam. 15: 7.* ubi Saul traditur percussisse Amalekitas *inde a Chavila usque ad Sur*. E quibus nil certi potest colligi de situ Chavilae, nisi hoc solum, Sur & Chavila fuisse terminos oppositos & regionem Amalekitarum usque ad Chavila se extendisse. Ego autem non video quomodo de hac Chavila hic cogitari possit, quum nullus fluvius sit, qui hanc Chavilam cingat vel alluat. Illustris quidem Huetius, Pasitigrim, (ita appellat Euphratem post conjunctionem cum Tigri iterum secedentem & post non ita multa milliaria se in mare effundentem) pro illo fluvio habet, & Chavilam collocat ad lit-
tus

tus sinus Persici, uti ex ipsius dissertatione & praefixa mappa Geographica videre est. At non est id flumen tantae magnitudinis (quod uno tantum gradu i. e. 15. milliaribus Germanicis ipse Illustris Huetius in tabula Geographica definit) ut terram Chavilae & quidem emphatice כל ארץ החויל *universam terram Chavilae* ambire possit dici. Et quis credat, qui contulit illa S. Scripturae loca in quibus mentio fit Amalekitarum, uti *Gen. 14: 7. Num. 13: 29. 1 Sam. 30: 17.* Amalekitas habitasse a Sur usque ad sinum Persicum, & Saulem eos persecutum cum exercitu per tam vastum terrarum spatium, quod ad minimum par est universae Italiae, & per loca deserta, ubi ipse cum copiis suis ali nequaquam potuisset. Nec credibile est tam bellicosam gentem tam inanes solitudines & eremos incolere aut voluisse aut potuisse. Debet itaque haec Chavila Amalekitica concipi, me iudice, propior Aegypto, nec regio Amalekitarum extendi usque ad sinum Persicum, & ibi Chavila collocari. Adde, quod si illic Chavilam collocemus, vix apta sit phrasis *1 Sam. 15: 7.* percussit Saul Amalekitas מן החויל *a Chavila usque ad Sur.* Num prius, ut caederet Amalekitas sibi proximos, perrexit ad Chavila, i. e. uti supponitur, littora sinus Persici, deinde vero ad Sur? Quis hoc credat? Debit ergo illa Chavila non
tam

tam remota a finibus Cananaeae fuisse, ut inde coeperit Amalekitas oppugnare, atque ita perrexerit ad Sur. Hic conceptus convenit cum descriptione terrae Amalekiticae tradita in Sacris literis. Non ergo de hac Chavila cogitandum est, quum Chavilam in descriptione Paradisi memoratam legimus, sed de alia quadam. Sunt enim plura loca & regiones distinctae, quae idem nomen habent, uti jam dudum viri docti duplicem terram Lydiam & Aethiopiam eodem nomine **לוד** dictam in sacris literis & **לוד** & alias invenerunt. Ita & *Tarsis* **תרש**, una ad quam per mare mediterraneum patebat iter *Jon.* 1: 3. altera quae ex sinu Arabico ejusque portu Eziongeber adibat. *2 Chron.* 9: 21. & *2 Chron.* 20: 36, 37. Nam cum Judaeis quibusdam fingere velle naves ex Eziongeber per nescio quod Nili brachium in mare mediterraneum pervenire potuisse, contrarium est ipsi experientiae & historiae quae simias, pavones, &c. ex illa Tarsis relatos memorat, quae in locis mari mediterraneo adsitis non inveniuntur. Ita & duplex Aethiopia Homero *Odyss. lib.* 1. in initio. Quidni itaque, in aliam Chavilam quam illam, cujus meminit sacer scriptor *Gen.* 25. v. 18. & *1 Sam.* 15. v. 7. hic oculos intendere liceat, maxime quum illa nullo fluvio ambiatur, quod de Chavila Paradisiaca di-

diserte Moses tradit: qui & ipse, quasi distinctionem innuere vellet hujus & illius Chavilae, in descriptione Paradisi ארץ החוילה *Chavila* eam appellat, quum illa alia *Chavila*, forte urbs non regio, simpliciter חוילה *Chavila* appelletur *Gen.* 25: 18. & *1 Sam.* 15: 7. Uti hodieque multae urbes sunt, quae idem nomen gerunt cum regionibus maxime diffitis, uti E. G. in India Orientali, *Batavia* urbs longe alia est a nostra regione *Batavia*, & ארץ *Batavia*, non urbi sed nostrae regioni convenit. Praeterea, quum duo fuerint viri nomine Chavilae, uti dictum, quidni aliam quoque ab illa *Gen.* 25: 18. &c. licet concipere, quam, quia ignotior erat nec tam vicina Cananaeae, Moses accuratius describit (non simpliciter ut *Gen.* 25: 18. nominat) ab auri & aliarum rerum copia, quae ibi inveniuntur. Quod eo studiosius fecisse existimandus est, ne lectorem suum in confusionem induceret, ac si illa *Chavila* Paradisiaca eadem esset cum Amalekitica, quam satis noverant Israelitae, & quae nunquam ab auro celebratur, quod alias Amalekitae maxima copia habere debuissent. Ubi itaque haec *Chavila* quaeri debeat ex adjunctis criteriis optime edocebimur, ubi sc. aurum est, & quidem optimae notae, ubi crystal- lus & smaragdus. Quae quum in Scythia,

cu-

cujus pars Colchis est, inveniantur, & illi quoque, aurum sc. crystallus & smaragdus a profanis scriptoribus tanquam singulari istius terrae decora recenseri soleant, uti hic a Mose fit, nec nomen Chavilae & Colchidis Hebraice scriptum multum differat, & eam regionem Phasis i. e. Phison alluat, eo respiciendum arbitror, & a Chavila, fratre Ophir (cujus terra similiter auro affluebat, quod magna copia sibi Salomon comparavit, de quo nos alias) nepote Heberi, vel posteris ejus, ita dictam suspicor.

§. V. Chavila non Colchis proprie dicta.

V. Possumus autem per Chavilam intelligere Colchidem proprie dictam quae Phasin flumen a meridie habet, & a septentrione montes Scythicos, quos varie varii nominant, quamvis Diodorus Siculus *lib. 1. c. 54.* Colchos primitus etiam illa loca quae erant juxta paludem Maeotidem incoluisse scribat, atque ita latissimum Scythiae spatium Colchis tribuat, sic ut dicamus in ea aurum praestantissimum & smaragdos & crystallos inveniri, quandoquidem generatim de Scythia (cujus partem esse Colchida demonstravimus) affirmant veteres & aurum & reliqua Mose memorata ibi reperiri, & optimae quidem notae fuisse. Verum ea nos tenet opinio, quod latior terrae tractus per Chavilam possit intelligi, si attendamus ad tempora Mosis, quum incogniti essent

essent tractus septentrionales, nec tam distincti regionum termini, uti postea, quando Scythia in Europaeam & Asiaticam, & utraque in varias regiones, distingui coepit. Nam & saeculo Augustaeo quam exigua fuerit notitia terrarum ultra Phasin & Colchida sitarum, monumenta veterum Geographorum satis ostendunt. Quae cum ita sint, non puto nos nimis religiosos esse debere & terram Chavilah praecise definire iisdem terminis, quibus Colchis vulgo definiri solet, sed latius licere nobis excurrere in Septentrionalem Asiam, ne videamur nos praecise Colchidi illa velle vindicare, quae Scythiae generatim, aut illis Scythiae partibus, quae mari Caspio propius adjacent, veteres videntur attribuisse.

VI. At quomodo, dicet aliquis, ex Chavila potest fieri Colchis? Ea difficultas facilis superatu est, si attendamus ad scriptionem utriusque vocis orientalem: nam aut easdem literas radicales aut literas ejusdem organi inter se mutatas continent. Qui enim sine praejudicio vocem חולח *Cholch* (unde addita terminatione *s, Cholchis*) confert cum חוילה *Chavila*, facile videt non adeo magnam esse inter has duas differentiam, quin longe majores admittere debeamus in aliis regionum & urbium nominibus, quae aut ab incolis, aut ab exteris, prima pronuntiatione detorta sunt. Quam

§. VI. Ex
Chavila
nata vox
Colchis.

levis est mutatio ח in כ? Sunt literae ejusdem organi, & ח in fine a Graecis legi non poterat: debuit itaque mutari. In quam convenientius quam כ? Inter ח enim & כ nihil est, nisi differens gradus aspirationis. Illa minor, haec major est. Dein Κόλχης dixerunt per Κ, quod durum Graecis auribus esset Χόλχης, ad vitandam κακοφωνίαν, uti φασκεῖ προφθ, 2 Chron. 30: 15. & 2 Chron. 35: 1. 6. 13. 17. scripsere Graeci Interpretes, & καὶ εἰλῶ a כּל ductum, & Ἄννακ a חנוך & 1 Reg. xi: 20. θεκεμένης ex תּחפּנִי. Jod excidit: at quot non literae ex nominibus regionum saepe exciderunt, & quae potuit facilius perire hac ipsa litera, ob exilitatem suam? In ipsi sacrarum tabularum versionibus non desunt ejus rei exempla. Quod Hebraice כּחֲזִינָה legitur 1 Chron. 25: 4. Graeci Jod extruso μεαζών reddidere, אֲרִיסִי Esth. 9. 8. Graece redditur ἀρσῆσαι, בְּאֵרִי Gen. 26: 34. βεώρ. Adde, quot si חוּלָה a חול, arenis, dicatur, uti suspicatur CL. Bochartus, vix ulla sit difficultas. Et quid si adhuc majus esset discrimen inter voces Colchis & Chavilah, non tamen tota hypothesis ideo esset deferenda, quum notissimum sit, nil facilius corrumpi, quam nomina propria locorum, & saepe nonnisi tenui vestigium priscae nominis remanere. Dissimulare tamen hoc loco non possum me & aliud no-

minis antiqui *Chavila* vestigium, in eodem hoc Isthmo, in quo Chavilam & Phisonem collocamus, invenisse, in urbe sc. *Χάβαλα*, *Chabala*, quae & ipsa praecipua Albaniae civitas, & in ea regione, quam nos pro Chavila habemus, sita fuit. Quod nomen ita plane exprimit vocem *Chavila*, ut vix major convenientia optari possit.

VII. Nunc de singulis paulo accuratius agamus. Scythiae partem Colchida esse diximus. Quod licet demonstrari posset ex eo, quod nonnunquam omnes accolae Ponti Euxini Scythae appellentur, non tamen necesse est, ut latissimo sensu hic Scythiam accipiamus, sed eo, quo vulgo fieri solet. Justinus lib. 2. *Scythia includitur Phasi flumine*. Phasis autem flumen est Colchidis, ut vel yronibus notum. Idem vero flumen Scythiae appellatur. Plutarchus, seu quisquis auctor libelli *de fluminibus*, *Φάσις ποταμός ἐστὶ τῆς Σκυθίας*. *Phasis fluvius est Scythiae*. Ita & Phavorinus ex veteribus Lexicis, & illa ex Scholiis. Inter quae hoc Scholiastae Pindari in *Pythiis Od. IV.* ad haec verba.

§. VII. Colchis pars Scythiae.

— ἐς Φᾶσιν δ' ἔπειτ' ἐν ἡ-

λυθον. — *Phasin deinde ingressi sunt.*

ἡ Φάσις δὲ ποταμός ἐστὶ Σκυθίας τῆς κατὰ τὴν Ἀσίαν. *Phasis fluvius est Scythiae Asiaticae.*

Subdit idem ἐστὶ ἢ ἕτερον Ἑυρώπης πλησίον
 τῆς Μαιώπιδος λίμνης ἢ τῆς Ταναΐδος ποταμῶν
 Est & alter in Europa prope paludem Maeoti-
 dem & Tanaim fluvium. Ita & Orpheus in *Argon.* v. 1050. An forte is Ψάθης Psatis est Ptol-
 maei? Situs aliquo modo convenit. An Hypa-
 nis potius, ut Holstenius vult in *Not. ad Ste-
 ph. de Urb.* p. 143. Scholiastes Lycophronis *ib.*
 v. 887. similiter λέγονται δὲ οἱ Κόλχοι ἢ Σκυ-
 θαὶ Ἀσianoί. Appellantur autem Colchi & Scy-
 thae Asiatici. Valerius Flaccus in *init. Argon.*

— Scythici quae Phasidis oras

Ausa sequi —

& lib. II. 596.

— Scythicum gens quaeritis amnem.

& lib. VI. v. 319.

Jam Scythicos miserande sinus, jam Pha-
 dis amnem

Contigeras —

Sic Ovidius Medae patriam in Scythia loca
Metam. l. 7. 195.

Attulerat secum Scythicis aconiton ab oris.
 Quod forte idem fuit cum veneno illo Scy-
 thico cujus parandi modum tradit Aristot.
mirab. audit. Urbs regia Aeetae, regis Co-
 chorum, Scythica urbs dicitur Valerio Flacco
Argon. l. v. v. 225. & 326. comites Medae
 Scythides *ib.* 343. Colchis ipsa, orae Scythi-
 cae lib. III. v. 653.

*Famque ratem Scythicis forsā statuisset in
oris,*

& Scythia lib. I. v. 745.

— *Mox Scythiae spoliis nuribusque super-
bus*

Adveniet.

VIII. Imo, ne quis putet minus pro- §. VIII.
prie hanc regionem Scythiam appellari, obser- *Primae*
vandum est primos Scythas in hoc Isthmo, *Scytharum*
sive iis terrarum angustiiis, quae sunt inter *sedes circa*
Pontum Euxinum & mare Caspium, ubi Pha- *Colchidem.*

sis & Araxes fluunt, habitasse, & deinde de-
mum se effudisse in tractus magis septentrio-
nales. En verba Diodori Siculi lib. 2. 43.

Ουτοι γάρ (Σκύθαι) τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ὀλίγην
ἐνέμοντο χώραν, ὕπερον δὲ κατ' ὀλίγον αὐξηθέντες
διὰ τὰς ἀλκαῖς καὶ τὴν ἀνδρείαν πολλὴν μὲν κα-
τεκτήσαντο χώραν τὸ δὲ ἔθνος εἰς μεγάλην ἡγε-
μονίαν καὶ δόξαν προήγαγον. Τὸ μὲν ἐν πρῶτον
παρὰ τὸν Ἀργεῖον ποταμὸν ὀλίγοι κατώκουν παν-
τελῶς καὶ ἀπὸ τὴν ἀδοξίαν καταφρονέμενοι.

Hi quidem (Scythae) in initio parvam regio-
nem possidebant, postea vero paulatim aucti per
virtutem viresque multas regiones occuparunt,
& ad magnam potentiam gloriamque perve-
nerunt. Antiquitus vero pauci admodum nu-
mero & ob ignobilitatem contemti juxta flumen
Araxis confederant. Quae quum primae se-
des Scytharum fuerint, & ea regio aut Para-

disum ipsum complexa olim, aut ei admodum fuerit vicina, (juxta hypothesein nostram) & ibidem genus humanum per Noachum, quasi alterum Adamum, fuerit restauratum, Scythis, cum Aegyptiis quondam de antiquitate contendentibus, (quam disputationem Justinus fuisse narrat *init. lib. II.*) palmam tribuendam esse existimarem. Sine dubio enim illa regio prope Araxen, ubi Scythae primo confederunt, prius incoli coepta est, quippe vicinior descensui familiae Noachicae ex arca, quam remota Aegyptus.

§. IX. Cha-
vilae au-
rum, idque
praeestans.

IX. In Colchide, & Scythia aurum provenire non est quod operose probemus, quandoquidem aurei velleris inde rapti ab Jasone fabula neminem latet. Notatu digna sunt in hanc rem verba Strabonis *Geogr. lib. X.* Πα-
ρὰ τῆτοις δὲ λέγεται καὶ χρυσὸν καταφέρειν
τὸν χειμάρρην. Ὑποδέχεται δὲ αὐτὸν τὸν
βαρβάρης φατναὶς κατατετριμμέναις ἢ μαλω-
ταῖς δωρεαῖς, ἀφ' ἧ δὴ μεμηθεῖσθαι καὶ τὸ χρυ-
σόμελλον δέρας. Ἐι μὴ καὶ Ἰβήρας ὁμωνύμως
τοῖς ἐσπερίοις καλῶσιν ἀπὸ τῆ ἐκατέρωθεν χρυ-
σεῖων. *Apud illos dicuntur torrentes aurum de-
ferre, quod barbari excipiunt tabulis perforatis
& lanosis pellibus, unde ficta est aurei velle-
ris fabula. Et fortasse Iberes eodem nomine
appellantur, quo occidentales, quod apud u-
trosque aurum inveniat. Quibus adde testi-*
monium

monium Appiani, *de bell. Mithrid. pag. 242. edit. Steph.* qui Pompejum suo tempore in Colchide vidisse hos auriferos rivos refert, in quos vellera villosa demergebant accolae, quibus ramenta auri minutissima facile adhaerebant, atque ita extrahebantur. Et tale fuisse vellus illud aureum, quod Jason rapuit, idem opinatur. Sed ipsa verba Graeca habemus. χρυσοφορεῖσι δ' ἐκ τῆς Καυκάσου πολλὰ πηγὰς ψήγμα ἀφανές. Καὶ οἱ περὶ οὐκ ἀλλὰ θέντες ἐς τὸ ρεῖμα βαθὺ μάλα τὸ ψήγμα ἐνισχόμενον αὐτοῖς ἐκλέγχει. Καὶ τοῖστον ἦν ἴσως τὸ χρυσόμαλλον Αἰήτης δέρας. De Scythis Asiaticis in genere Solinus, c. 15. *auro & gemmis affluunt.* Ita & Eustathius in Dionys. περὶ τῆς Χρυσὸν παρ' αὐτοῖς οἱ χεῖμαρροι κατὰφέρουσι. *Aurum apud illos torrentes deferunt.* Quin & aureas regis Colchici cameras & argenteas traiecit Plinius memorat *lib. 33. 3.* Non parum hoc facit ad auri Colchici commendationem, quod e fluminibus colligatur, atque eo magis convenit cum verbis Moſis **טוֹב הָאָרֶץ הַזֶּה** *& aurum istius terrae bonum est.* Ita de illo auro, quod e fluminum ramentis eruitur, Plinius *lib. xxxiii. cap. 4. nec absolutius aurum est, cursu ipso trituque perpolitum.* Quod eo magis ad rem faciet, si consideremus Phasin fluvium fuisse rapidissimum & profundissimum. Oportet ergo optimae notae id aurum fuisse.

Strabo lib. I. Ἡ τε Μήδεια Φαρμακὶς ἰσχυρεῖται
καὶ ὁ πλεῖς τῆς ἐκεί χώρας ἐκ τῶν χρυσεῶν, &c.
Medea autem venefica & divitiae ejus regionis ex auro, &c. memoriae proditae sunt.
Quin & de suis temporibus testatur Agathias
lib. III. *histor. p. 72.* se nullam gentem vi-
disse adeo celebrem, πλεῖς τε ὑπερβολῇ καὶ
πλήθει, *opum excellentia & multitudine*, lo-
corum opportunitate & abundantia rerum ne-
cessariarum & morum elegantia praestantem.
Nunc secus se habent omnia.

Tantum aevi longinqua valet mutare vetustas.

§. X. Au-
rum quo-
modo ex
aquilone
veniat.
Job. 37.

X. Ad aurum hoc Colchicum non atten-
derunt, qui crucem sibi & aliis fixerunt in
his verbis Jobi, *cap. 37. 22.* כִּי מִצָּפוֹן
בָּרָח׃ *ex Aquilone aurum venit.* Quae ver-
ba simpliciter ita reddita & intellecta sensum
fundunt aptissimum. Sive enim in Arabia
sive Palaestina haec dixerit Elihu, Col-
chicam regionem ab Aquilone utriusque fi-
tam fuisse nemo dubitat: quumque aurum
Colchicum adeo celebratum inter veteres fue-
rit, & idem illud sub nomine auri Chavilae
tanquam excellens depraedictet Moses; non
video cur a simplici sensu haec verba detor-
queri debuerint, ut vulgo faciunt & Judaei
& Christiani Interpretes, qui per aurum intelli-
gunt *tempestates claras ut aurum*, vel *nubes co-*
loris aurei, vel *serenitatem aureamve lucem*
quae

quae oriantur ubi aquilo nubes dispulit. Fuerunt, fateor, qui aurum ipsum hic intellexerunt, sed per Aquilonarem plagam, e qua aurum venit, fodinas Pannoniae & Austriae innuicenfuerunt. At tunc ex occidente potius aurum venire dicendum fuisset, & illas fodinas Jobi tempore notas fuisse non potest ostendi: nec videtur probabile. Verum, quid opus erat omni ista ambage, quum Colchis in plaga septentrionali, respectu Arabiae & Palaestinae sita, imo & respectu Graeciae (quo sensu Jason apud Valerium Flaccum *lib. v. de Colchide*.

— *Nec fama fefellit*

Saligenam Aeeten media regnare sub arcto

regio olim fuerit auri feracissima, uti docuimus. Quod si Moses ipse auctor libri Jobi fuit, minus mirum est, illum qui *Gen. 2.* aurum Chavilae, i. e. Colchidis celebravit, hic scribere, aurum ex Aquilonari tractu venire. Et credibile est aurum Colchicum, utpote loco descensus familiae Noachicae ex arca, & restituti generis humani, proximum, prius innotuisse, quam illud quod ex aliis terris remotioribus petebatur.

XI. At de auro in Colchide vel Scythia, §. XI. *Difficultas in*
 cuius ea pars est, inveniando non adeo videtur *interpretandis la-*
 laborandum, quam de אֶבֶן הַשֹּׁהַם & בְּרִלָה
 B § quae

pidum pre- quae ibi quoque inveniri tradit Moses. V
iosorum deamus quid per כרלח intelligere liceat,
nominibus. dein quid per שרם. Antequam vero in hac
 inquiramus, juvat observasse plerosque Viri
 eruditos fateri, incertum esse quid per gemmas
 in V. T. memoratas, & speciatim *Bedolach* &
Schoham debeamus intelligere. Cl. Huetius de
 hoc argumento scripturus in lib. suo de *situ*
Paradisi cap. xi. haec fateri non dubitat. *Con-*
sentiunt in eo homines eruditi nominum He-
braeorum gemmis impositorum ignorari hodie
significationem, observatumque est ex gemmis
quae in rationali summi sacerdotis erant, non
nisi Sapphirum & Jaspidem fuisse sua nomina
retinentes. Sed asseveraverim non satis no-
certos esse gemmas quas Hebraei Sapphirum &
Jaspidem nominant illas ipsas esse, quae hoc
nomine hodie veniunt. Ludovicus Capellus in
 not. Crit. ad Gen. 2. agens de lapide *Schoham*.
Cujusmodi fuerit lapis ille certo non scitur. . . .
Lxx. interpretes transferunt, Βηρύλλιον, σμα-
γανδον. . . . quae mira est hominum illorum
inconstantia & inscitiae hac in parte apertissi-
imum argumentum. Salmasius in Exerc. Plin.
 ad Solinum pag. 763. Illud scio incerta illa
 omnia lapidum nomina esse, nec satis nota ma-
 gistris ipsis. Cl. Braunius in lib. de Vest. Sa-
 cerd. Hebr. lib. II. cap. VIII. de gemmis
 vesti Pontificis insertis acturus, non est mi-
 rum,

rum, inquit, si inter res S. Scripturae quae explicari nequeunt, lapides pretiosi ponantur ab auctoribus, & Hieronymum citat ad Ezech. c. 28. scribentem lapides illos magnam & legenti & differenti facere quaestionem & Abben Ezram ad Exod. 28. fatentem, nullam sibi esse certam rationem interpretandi illas gemmas, & Saadium eas transtulisse pro lubitu.

XII. Quum itaque in partes abeant & Interpretēs & alii Viri Eruditi quorum interpretationes congeffit Cl. Braunius *lib. mox citat. p. 575.* quo Lectorem remittimus, ne actum agamus, liberum nobis erit, uti alii ante nos fecerunt, aliquam ex iis eligere, sed ne quamlibet (ne videamur hypotheseos firmandae gratia solum modo eam amplecti) sed probabilissimam. Communis Judaeorum opinio est (ita scribit in Lexico suo Cl. Buxtorfius) ברלח esse Crystallum. Ita Raschi ad Num. xi. 7. ברלח שם אבן טובה קריסטל *Bedolach est nomen lapidis pretiosi, Crystalli.* Ita & Elias de Pomis in Lexico. Graeci Interpretes Alexandrini Num. xi. 7. transtulerunt quoque κρύσταλλον, quamvis altero loco (non enim nisi bis in V. T. legitur) ἀνθραξ. Non placet tamen ea versio Cl. Bocharto, qui per ברלח margaritas, non Crystallum vult intelligi, Hierozoic. P. i. pag. 574. ob duplicem rationem, quarum prima est, quod

§. XII. *Bedolach videtur esse Crystallus.*

quod terra Chavilae, in qua Bedolach invenitur, sit pars Arabiae ad Catipham & Bachraim ubi non crystalli sed margaritae eruuntur. At qui negamus terram Chavilae ibi sitam fuisse quod supponit Vir Eruditissimus: & rationes ante dedimus. Altera est, quod Manna dicitur similis colore fuisse *כרלח* *τῶ*, ergo ait, Bedolach non est crystallus, nam Manna colore crystalli non habet. Ego vero non video cur Mannae color dici non possit convenisse cum colore crystalli. Nec enim licet argumentari hoc modo; quia hodierna Manna (licet & hujus plures species sint & nonnullae satis ad crystalli splendorem accedant) margaritis similior est quam crystallo, ergo illud quoque coelestis Manna ita se habuit. Nam illa erat miraculosa & longe alterius naturae quippe non ex plantis sed humo legebatur radiis solis liquefiebat, maxima copia descende-
bat, ut tot hominum millibus in cibum sufficeret) & die Sabbathi non descendebat, & mola tundi poterat, sic ut plane fuerit illud Manna a nostra diversa. Atque ideo tam accurate describitur quia differebat a vulgari. Quidni itaque & illi cibo coelesti major splendor & convenientia cum crystallo poterit tribui? Non video quid obftet.

§. VIII.

Crystallus

XIII. Restat, ut Scythiae nostrae Crystallum vindicemus, ostendamusque illum & inven-

inveniri. Scythiam Asiaticam describens So- *Scythiae*
linus *cap. xv.* inter alia haec habet. *Istic & optimus.*
crystallus, quem licet pars major Europae &
particula Asiae subministret, pretiosissimum ta-
men Scythia edit. Cujus rei ratio datur, quod
ibi optimi sint, ubi maxime hibernae nives
rigent, quod de Caucaseis Colchidi vicinis
aliisque supra Pontum Euxinum & mare Cas-
pium optime potest intelligi. Ne quis au-
tem putet, quum Crystallus in Scythia A-
siatica inveniri dicitur, Scythiae illam partem,
quae Bactrianae propior est & orientior, de-
bere semper intelligi, sciat etiam ad Thermo-
dontem, fluvium Scythiae, & ipsum Phasidi
proximum, quique se, perinde ut Phasis, in
Pontum Euxinum exonerat, crystallum ma-
gna copia inveniri. Ita Dionysius in *Pereg.*
v. 781. de Thermodonte.

Κείνς δ' ἂν ποτάμοιο παρὶ κρυμῶδεας ὄχθας
τέμνοις κρυστάλλῳ καθαρόν λίθον, οἷα τε πά-
χυν

Χειμερίην.

Illius autem fluvii circa frigidās ripas]
Secabis crystalli purum lapidem veluti gla-
ciem

Hibernam.

Unde & ipse Thermodon κρύσταλλος olim
dictus est. Licet Auctor libelli *de Flumin.*
& Eustathius in *Schol. in Dionys.* aliam ratio-
nem

nem proferant, quod sc. ἢ ἔπει πῆσσεται
ipsa aestate congeletur.

§. XIV.

*Lapis Scho-
ham est
Smarag-
dus.*

XIV. Denique & circa Phisonem inven-
 niri אֶבֶן הַשֹּׁהַם *lapidem Schoham* Mose
 tradit. De quo multa disputatio est. Qu
 varias Interpretum sententias conferre vult, C
 Braunium *lib. cit.* adeat. Hieronymus *in Epist.*
ad Fabiol. שֹׁהַם scribit ab Aquila & Sym-
 macho & Theodotione Onychinos, a Septua-
 ginta Smaragdos transferi. In nostra au-
 tem versione ⚡ LXX. quae non plane eadem
 est cum antiqua illa sed ex multis confarcina-
 ta, *Exod.* 28: 10. 27. & 39. 6. σμάραγδον
 vertunt, & *Gen.* 2: 12. λίθον πράσινον, gem-
 mam viridem (est autem Smaragdus viridis &
 per excellentiam λίθον ⚡ πράσινον ⚡ dicitur) sed
 alibi aliter. Epiphanius quoque *in tract. de*
xii. Gemm. verba Mosis *Gen.* 2: 12. citans
 אֶבֶן הַשֹּׁהַם transfert λίθον τὸν πράσινον. Quibus
 adde, quos Vir Summus, P. D. Huetius,
 in tractatu suo *de Situ Paradisi* p. 122. citat,
 auctorem versionis antiquae Italicae, Euse-
 bium, Severianum, Ambrosium, Augusti-
 num & plures Ecclesiae patres, qui lapidem
 prasinum vertunt, licet ipse fateatur nihil cer-
 ti de lapide Schoham proferri posse. Atqui
 שֹׁהַם, unde שֹׁהַם *Schoham* videtur duci, ni-
 grum, uti ⚡ Arabibus *nigrum, fuscum,*

tene-

enebrosum notat: quomodo hoc convenit Smaragdo, quem virere in confesso est? Fa-
 teor: at notari meretur optimos Smaragdos
 esse, qui maxime ad nigredinem accedunt,
 quum scilicet viriditas eorum nigro obfusca-
 tur & tam sature virides sunt, ut fere nigri
 appareant. Ita Isidorus. *Smaragdus a nimia
 viriditate dicitur: omne enim satis viride a-
 marum dicitur.* Nullis enim gemmis vel her-
 bis major hoc austeritas est.

XV. Et optimos hosce, five austeros Sma- §. XV.
 agdos in Scythia, non secus ac כרלח, cry- *Smaragdus*
 tallum, inveniri Plinius docet, lib. xxxvii. *Scythicus*
 cap. v. *Nobilissimi Scythici, ab ea gente in qua* *optimi.*
reperiuntur, appellati: nullis major austeritas,
nec minus vitii: & quantum Smaragdi a ce-
teris gemmis distant, tantum Scythici a ceteris
Smaragdis. Solinus de Scythia Asiatica lo-
 quens, quam apposite? cap. xv. *Smaragdis hic*
locus patria est, quibus tertiam inter lapides
dignitatem Theophrastus dedit: nam licet sint
& Aegyptii & Chalcedonii & Medici &
Laconici, praecipuus est honor Scythicis. Ni-
 bil his jucundius nihil utilius vident oculi.
 Tertullianus in lib. de resurr. carnis propterea
 Scythicas & Indicas gemmas solas celebrat,
 quod optimae essent pag. 378. ed. Rigalt. At-
 que ita putamus liquere, quis sit Phison, Pha-
 is nimirum, fluvius Scythiae, regionis, in qua
 opti-

optimum aurum & cryſtallus pretioſiſſimus
& Smaragdi praeſtantiſſimi, uti probatur
dedimus; ſimulque nos voces בְּרִלָה
שֶׁהֵם non ſine exemplo, imo juxta opinio-
nem Erudiſſimorum Interpretum, tranſtuliffi

§. XVI.

Fluvius

Gihon eſt

Araxes.

XVI. Pergamus ad alterum Paradifi flu-
vium, quem his verbis deſcribit שֶׁם הַנָּהָר
שְׁנֵי גִיחוֹן הוּא הַסּוֹבֵב אֶת כָּל אֶרֶץ כּוּשׁ
*Et nomen ſecundi fluvii eſt Gihon. Hic eſt
qui alluit totam terram Cuſh. Nomen hujus
fluvii גִיחוֹן derivari a גִּחַ erumpere, prodire
a Cl. Huetio cap. xii. libri laudati & ali-
oſervatum eſt, ſic ut גִיחוֹן notet fluvium
qui prodit, qui erumpit. Unde a Jonathan
i Reg. i: 33. per שְׁלוּחַ i. e. emiſſum transfer-
tur. Utuntur eadem voce גִיחוֹן גִיחוֹן Per-
ſae pro fluvio majore & dicunt e. g. גִיחוֹן
אֶרֶס גִיחוֹן קִנֵּק *flumen Araxes flumen Gar-
ges*, quamvis hodie pro ſolo Oxo, fluvio celebri
Chouaresmiae, vulgo accipi ſoleat. Hic au-
tem Gihon nobis idem fluvius eſt, qui Araxe
Graecis & Latinis dictus, hodie اَرَس Arras
accolis, modo Armeniae, modo Scythiae, fluvius
appellatur, & Cyro mixtus ſe effundit circa graec
latitud. 40. & long. 85. in mare Caſpium
Quemque Arrianus lib. vii. de exped. Alex
inter maximos Asiae fluvios recenset. U*

pro

hoc statuamus facit non tantum ipsa Systematis nostri ratio, quod fontes alicujus fluminis propiores fontibus Tigridis, Euphratis & Phasidis nuspiam invenit, sed mira convenientia nominis ארס cum Araxe. Quod enim Gihon Hebraeis sonat, idem *الرس* *Arras* vel *ارس* *Aras* (nam & ita scribitur in M.S. mea Geographia Persice conscripta ab Abulhasen Saad Ibn Ali, ex provincia Sjursjan oriundo, & aliis) accolis, sc. prodeuntem, profluentem. Est enim vox Persica ducta a *رسیدن* *provenire, profluere*, notatque in genere *fluvium*, sed usus id nomen huic fluvio per eminentiam attribuit.

XVII. Hoc observasse utile est ut intelligamus cur multos Araxes memoraverint veteres, & quomodo nata sit illorum confusio, de qua omnes fere Critici & Geographi conqueruntur. Sc. *Araxes* nomen generale est, quod quemvis fluvium notare potest, & omne quod profluit. Hinc Veteres Graeci quum viderent flumen, rogantes, quomodo id appellarent, responsum tulere ab accolis *الرس* *Arras* (Graeca terminatione *ἀράξης* vel *Ἀρόσης*, nam & ita scribitur) i. e. *flumen*. Quod quum illi putarent esse nomen proprium

§. XVII.

Plures Araxes, unde?

C

ejus

ejus fluvii, multos Araxes in Armenia & Persia finxere. Ita praeter hunc Araxen Thermodonta, qui se in Pontum Euxinum effundit, etiam Araxem dictum tradunt Graeci. Ita Scholiastes Apollonii *ad Argon. l. 4.* Ἀράξης ποταμός Σκυθίας. Μητρόδωρος δὲ ἐν πρώτῳ τῷ περὶ Τυγράνην τὸν Γερμανίδον τὰ ἀράξι φησὶ λέγεσθαι. *Araxes fluvius est Scythiae. Metrodorus autem de reb. Tigranis Thermodonta etiam Araxem dici tradit. Idem, veliidem ad lib. 2.* Ἀράξης ἐκαλεῖτο τὸ πρότερον ὁμωνύμως τῷ ἐκ τῆς Ἀρμενίας ῥέοντι. (Thermodonta olim Araxes appellabatur eodem nomine quod flumen illud quod ex Armenia fluit. Curtius fluvium بندامير Bendemir, qui Ista-chram (ubi olim Persepolis) praeterlabitur, Araxen quoque appellat. *lib. v. Hujus (Persepolis) vestigium non inveniretur nisi Araxe amnis ostenderet. Haud procul moenibus fluxerat. Ita & Strabo lib. xv.* περὶ αὐτῇ Περσικῇ πόλει τὸν Ἀράξην διέβη, *prope Persepolin Araxen transiit (Alexander): & Diodorus Siculus fere iisdem verbis. Herodotus lib. i.* Oxo Massagetarum termino hodie سجھون Sjihoun, Araxis nomen dat. Ita & Dionysius in Περσική. v. 739.

Τὰς δὲ μετ' ἀντολίην δὲ πέρην κελεύδοντ' ὁ
Ἀράξ

Μασσαγέται ναίεσι, θοῶν ῥυτῆρες οἷσιν.

Post hos, (Bactros) orientem versus, trans-
fremmentem Araxen

Massagetae degunt, qui veloces emittunt sa-
gittas.

Meminit & Scymnus Chius cujusdam Araxis,
quo Tanais ortum habet, quem diversum
o Araxe Armenico credidit his verbis.

Ἔϊς ἦν ὁ Ταναις ὑπὸ τῷ ποταμῷ λαβὼν
τὸ ῥέμα Ἀράξεως ὁπμισγεται —

a metrum disponit, qui primum λείψανον
scymni edidit, Lucas Holstenius,

Miscetur illi (sc. paludi Maeotidi) Tanais
argenis, & capit

Originem suam ex Araxe flumine.

Id cujus loci intellectum haec verba Aristo-
tis in *Meteorol. lib. 1. c. 13.* multum faciunt.

μὲν δ' ἐν (Παρπαμισῷ) ῥέουσιν ἄλλοι τε ποτα-
μοὶ καὶ ὁ Βάκτρος καὶ ὁ Χοάσπης καὶ ὁ Ἀράξ

Τὰς δ' ὁ Ταναις ὑποσχίζεται μέρ-
ος, εἰς τὴν Μαιῶνιν λίμνην. *Ex hoc (mon-*

Paropamisso) fluunt & alii fluvii, Bactrus
Choaspes & Araxes. Ab hoc autem Ta-

is, pars ejus existens, in Maeotin lacum ef-
funditur. Error inde natus videtur, quod

scartem (qui & Araxes nonnullis dictus
est,

est, quemque Scythae *Silun* appellant, testatur
Plinio *lib. vi. c. 16.* ubi lege *Sihun*, سیحون

Alexander & milites ejus Tanain esse putaverunt, uti Plinius *ibid.* & Plutarchus. Nec aliud videtur Alexander innuere, quum apud Plutarch. *orat. post. de virtut. Alexandr.* pag. 335. artificis, qui montem Athon in fluvium tuam ejus formare volebat, respondit, δὲ ὁ Καύκασος δείξει καὶ τὰ Ἡμῶδαι, καὶ Ταναῖς, καὶ τὸ Κάσπιον πέλαγος, αὐτῶν τὰ ἔργων εἰκόνες. *Me & Caucasus monstrabit Tanais & Caspium mare. Hae sunt meorum operum imagines.* Nam verum Tanain non vidit, licet Plutarchus ibidem pag. 341. scribit contrarium, ut & Curtius 7. 5. & *lib. 6.* ad quosdam esse qui Maeotim paludem in mare Caspium cadere putent. Sed confunditur Jaxartes vel Orxantes vel Orexartes (non Sihoun) cum Tanai, quos recte distinxit Strabon. *lib. iii.* Sic passi sunt se decipi veteres, nomen *Arras*, quod *fluvium* in genere notat, accipientes pro nomine hujus usque fluvii. Araxen Armenicum excipio, κατ' ἐξοχὴν ita dictus est. Eodem modo aliis nominibus decepti sunt: nam cum *ῥωζάνη* *fluvium* Persis notat, quidam fluvium nomine proprio ῥωζάνην Persis (ita paulum flexerunt vocem Persis)

id morem Graecum & abjecere D, uti Azotum
(x Afdod אשדוד, &c.) memoriae prodide-
unt. Est autem hoc idem cum **الرس**
Araxes, i. e. *fluvius*. Vide Arrianum in
Exp. Alex. & Illustrem Salmasium in *Exerc.*
linian. pag. 846. qui sagacissime odoratus est
undem esse fluvium Araxen & Rhoganin, sed
x lingua Graeca explicare convenientiam co-
atus est, eo quod ἀράξει, *perfringere*, *per-*
umpere idem notaret ac ῥωγὴ *ruptura*. Sed
nomina fluviorum Persicorum tutius meo ju-
dicio ex lingua Persica petuntur. Ibi autem
Araxes, & Rogan notissimae voces sunt, quae
fluvium notant.

XVIII. Dum hunc errorem castigamus in §. XVIII.
oce Araxis commissum, & veterem Geo- Plures Cy-
graphiam hac confusione Araxium libera- ri unde?
us, idem de fluvio Cyro, qui Araxi Ar-
menico mixtus se cum eo exonerat in mare Cas-
pum monere consultum ducimus. Scilicet
or, (ita jam Texeira monuit in Itin. sed
tum ejus observationis non ostendit) addita
Graeca terminatione κόρη (ita Dionys. scribit
ῥωγὴ. Et Strabo κύρον quidem appel-
lavit sed & olim κόρον dictum memorat lib.
(.) vel κῆρ, aut κύρ, similiter fla-
vium notat & quidem ordinario minorem,
namvis per eminentiam Cyro Armenico de-

tur, qui Araxi est proximus. Hoc quodcum non attenderent veteres, plures fluvios nomine Cyros prodidere, simili errore ac in Araxe commiserant. Pari modo Persia nomen proprium fluvii Oaten fecerunt quod audirent fluvium aliquem ibi وان *Ouâd* dici, quod flumen quodvis notat, unde Baetis وادي الكبير *Wâd*, five ut Hispani scribunt, *Guad Alkebir*, fluvius magnus dictus est. Meminit Oatis Ammianus Marcellinus lib. xxiii. *Fluvii vero multi per haec loca (Susianorum) discurrunt, quibus praestantur Oates, & Harax (qui aliis addita terminatione Graeca Araxes) & Meseus (nomen fortasse ductum ex مشرقان *Meschera* qui fluvius est Susianae praeterfluens urbe Askerae (macroum) per arenosas angustias, quae a rubro prohibent Caspium mare, aequorea multitudinem inundantes.*

§. XIX.

*Terra Cus,
regio Cus-
saeorum.*

XIX. Describitur porro Gihon a Me-
sopotamia, quod alluat vel cingat, (ex parte scilicet,
alias enim oporteret & terram Chavila quae
Phisone cingitur, & hanc terram insulas fuisse)
terram Cus ארץ כוש.... Quod nomen
mihi videtur idem esse hoc loco (in V. T.
libris etiam aliter accipi non nego) cum re-
gione Cossaeorum aut Cussaeorum, quae non
longe

longe fuit ab Araxe, ie. e. Gihone juxta nostram opinionem, Ut autem clarius id liquereat, videamus ubi Cossaei collocentur a veteribus historicis & Geographis. Polybius quidem Histor. lib. v. eos in colere loca campestria & plana Mediae tradit. Cingi autem Araxe ab una parte Mediam, quae hodie fere Adherbezjan appellatur, manifestum est ex Mappis Geographicis, & testimonio Appiani Alexandrini *de Bell. Parth.* ita scribentis circa finem, pag. 168. *edit. Steph.* ἑκτῇ ἡμέρᾳ ἐπὶ τὸν Ἀράξην ποταμὸν ἦκον ὁρῶντες τὰ Μηδίαν καὶ Ἀρμενίαν. *Sexto die pervenerunt ad fluvium Araxem, qui Mediam determinat ab Armenia.* Strabo lib. xi. Cossaeos Mediae proximos esse, & quidem ab oriente, scribit, sic ut videatur eos in montibus collocare, qui in provincia Deitem prope mare Caspium inveniuntur, & refugia gentium latrociniis & excursibus barbararum diu fuerunt, uti historiae Persicae testantur. Ὁρίζεται δ' ἀπὸ μέρους τῆς ἑως τῇ τε Περσικῇ καὶ τοῖς Κοσσαιῶν ὄρεσι ληστρικῶν ἀνθρώπων. *Terminatur (Media) ab oriente Parthia & montibus Cossaeorum, hominum latrociniis assuetorum: paulo ante scripserat ὑπὲρ τῆς Μηδίας ἡ Κοσσαιῶν. Supra Mediam est Cossaeorum regio.* Quumque etiam referat Cossaeos dona accepisse quum Rex Persarum Ecbatanis (quae urbs creditur nunc Tabriz

dici) Babylonem descenderet, videntur etiam incoluisse eos montes, qui in confiniis sunt Adherbezjanæ & Iracæ Persarum (loquuntur uti nunc Persæ) solent quæ کوهستان regio montana hodieque appellatur. Diodorus Siculus lib. xvii. cap. cxl. expresse Cossæos incolere montanos Mediae tractus scribit his verbis. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος τῶν Κοσσαιῶν ἀπειθόντων ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτοὺς ἐν τῇ δυνάμει. τὸ δὲ τὸ ἔθνος ἀλκῇ ἀνέστη κατὰ τὴν δύναμιν αὐτῶν, καὶ τῆς Μηδίας τὴν ὄρεινὴν, περὶ τὴν δὲ τὴν τὸ πᾶν δυσχωρίαν, &c. Alexander autem cum expedito exercitu Cossæos ipsi parere negantes, aggressus est. Gens hæc fortitudine præstans montana loca Mediae inhabitat, confidens locorum difficultate, &c. Arrianus in Hist. Ind. Μάρδοι μὲν Πέρσῃσι πρὸς σέχες οἰκέσσι λησάει καὶ ἔτοι, Κοσσαῖοι δὲ Μηδοῖσι. Mardi quidem, latrones etiam ipsi Persas accolunt, Cossæi Medos. Idem lib. vii. de expeditione Alex. Cossæos vocat πρὸς σέχας τῇ Περσίδι, finitimos Persidi, & μαχιμωτάτους, bellicosissimos. Stephanus Cossæos in Perside locat, sed nullo veterum quod sciam, praeunte. Κοσσέα μέρος Περσίδος. Στεγῶν τε. οἱ οἰκόντες Κοσσαῖοι. Cossæa, pars Persidis. Strabo lib. 15. Incolæ Cossæi. At Strabo Cossæos non collocat in Perside.

Perfide, sed in confiniis Mediae & quidem
ad orientem. Hos Plutarchus, ipsum no-
men ϞϞ Cus, quo Moses usus est, ex-
primens, Κουσαίς, (quod ibi male scriptum
esse, pro Κοσσαίς, opinatur Cl. Blancardus in not.
ad Arrianum de exped. Alexandr. lib. VII.
pag. 475. ego non mutandum censeo) ap-
pellat in vita Alexandri. Postquam enim re-
tulisset Hephæstionem obiisse quum Ecbatanis
esset Alexander, ait hunc Cussaeos esse ag-
gressum, τῷ πένθους παρηγορία τῷ πολέμῳ χρώ-
μεν ⊕ ἐπὶ θήραν ἢ κυνηγεσίαν ἀνθρώπων ἐξῆλ-
θεν ἢ τὸ Κουσαίων ἔθνος ⊕ κατεσρέφετο πάντας
ἐκείδον ὑποσφάτλων, bello usus ut dolorem leva-
ret, sicut ad venationem hominum egressus, Cus-
saeorum gentem excidit ⊕ omnem interneccione
delevit. Quum enim Cossaei Ecbatanis essent
proximi, cur Cussaeos quosdam a Cossaeis di-
stinctos fingeremus? Et diserte eandem hanc
expeditionem Alexandri post mortem He-
phæstionis narrans Arrianus lib. VII. κου-
σαίς Cossaeos illos vocat, ne quis dubitet eos-
dem esse κουσαίς & κοσσαίς: & ita eorum
regionem & mores describit. Ἐνθα δὲ ἐξέ-
λασιν ποιῆται ὑπὲρ Κοσσαίς, ἔθνος πολέμιόν,
ἴσχυρον τῷ Ὀυξίῳ. Εἰσὶ δὲ ὄρειοι οἱ Κοσσαῖοι,
ἢ χωρία ὀχυρὰ κατὰ χώρας νέμονται. Ὅποτε
περσῆες δύναμις ἐς τὰ ἄκρα τῶν ὄρων ὑποχω-
ρῶντες ἀθρόοι, ἢ ὅπως ἀνὰ περὶ χωρὴν ἐκάσταις, ἔ-

τῶν ἀγαφεύγων, εἰς ἀπορίαν βάλλοντες
 ζὺν δυνάμει σφίσιν ὀπιχειρῶντας. Ἀπελθόντες
 δὲ αὖθις εἰς τὸ λησεύειν τρεπόμενοι ἀπὸ τῆς
 βίον ποιῶνται. Ἀλέξανδρος δὲ ἐξῆλθεν αὐτῶν
 τὸ ἔθνος, καίπερ χειμῶντος στρατεύσας. *D*
expeditionem suscipit in Cossaeos, gentem bo-
licosam & finitimam Uxiis. Hi montes in-
colunt & loca munita: quum vis externa eos at-
greditur statim se in summa montium recipiunt
aut diffugiunt, qua cuique integrum est in loca
quae ab exercitu nequeunt adiri. Ubi autem
bustes recesserunt ad latrocinia revertuntur
& vitam hac ratione tuentur. Alexander autem
illos, non obstante hyeme, sedibus suis ex-
cit. Similia fere habet Diodorus Histor. lib.
xvii. c. cxi. Ex quibus omnibus testimonia
inter se collatis liquere existimo, Cossaeos vel
Cossaeos gentem latrociniiis & excursionibus
assuetam tractus montanos & ipsius Mediae,
Mediae vicinos, incoluisse. Atque ita Araxem
i. e. Gihon nostrum, proximus & celeberrimus
fluvius est, qui illa loca montana Mediae cir-
cumit: sic ut merito describatur, quod cir-
cat terram כּוּס Cus, vel Cossaeorum, Κου-
σαίων. Nec ulla, quod sciam, in tota Asia
gens est, quae nomen Mosaicum כּוּס Ci-
tam clare exprimit. Quare ipsi huc quasi ma-
nu ducimur ut hanc, & non aliam, regionem
per terram Cus intelligamus.

XX. Tertium fluvium his verbis describit §.XX. *Fluvius*
 Moses Gen. 2: 14. וְשֵׁם הַנָּהָר הַשְּׁלִישִׁי *vius Hid-*
 חַרְקֵל וְנֹוֹ *nomen tertii, fluvii est Chid-* *dekel Ti-*
grus. *dekel &c.* de quo, uti & de sequente, non tot
 dicenda sunt, quot de Phisone & Gihone,
 quandoquidem inter omnes fere constat, per
Hiddekel indicari Tigrim, per *Frat* Euphratem.
 Nomen hodiernum دجله *Dizjelat* non mul-
 tum ab antiquo חַרְקֵל recedit: modo adspi-
 rationem fortissimam ה tollamus: literae enim
 reliquae חַרְקֵל quam convenient cum دجل
 unusquisque facile videt. Et ipsum nomen
 Tigris ex Chiddekel ductum esse (quamvis
 hoc mirum videatur hominibus qui in vocum
 etymologiis indagandis rudes sunt) sagacissi-
 me deprehendit Cl. Huetius, quum ablato ה
 (quam adspirationem pronuntiare non pote-
 rant Graeci, quare solebant abjicere) & mu-
 tato L in R cuius rei sexcenta exempla
 sunt, & D in T, habeamus ex חַרְקֵל forma-
 tum חַרְקֵל *Ticr*, & addita terminatione *Ti-*
gris & mollius *Tigris*. Arabes tamen, reve-
 latione Divina destituti, quae nobis veras pro-
 dicit rerum antiquissimarum origines, & nomina
 دجله a دجل *Dazjala*, operire derivant,
 Tigrimque ita dici volunt quod terras non-
 nunquam aquis suis operiat. Graeci & Ro-
 mani Tigrin Persis sagittam dici, & fluvium
 hunc

hunc a rapiditate cursus hoc nomen adeptum esse scribunt. Curtius lib. iv. c. 9. *Aceleritate qua defluit Tigris nomen est inditum quia Persica lingua Tigrim sagittam appellant.* Marcus Terentius Varro Armenicum vocabulum esse scribit lib. 4. de ling. Latin. §. 20. *Tigris qui est ut leo, qui vivus capi adhuc non potuit. Vocabulum e lingua Armenia. Nam ibi & sagitta, & quod vehementissimum flumen, dicitur Tigris.* Strabo Medicum esse nomen scribit lib. xi. *تير* Tir sagittam Persice notat, & inde vox Tigris non multum recedit. Hesychius autem Tigrin Judaeis dici *Φορᾶδες* narrat, confundens cum Tigride Euphraten, in voce *Τίγρης*, & in voce *Ευφράτης* Euphraten Judaeis appellari *עדדענהל* *הדקל* scribit, pudendo errore. Hic describitur *tendens versus Assyriam*, *הולך קדמת אשור*, quod optime cum nostra hypothesis convenit. Ex fluvio enim Paradisiaco ortus *הולך* vadit, fluit, versus Assyriam, vel ad ejus orientem. At juxta opinionem maximorum virorum, qui in Mesopotamia Paradisum locant, non potest dici *הולך* fluere ex vicinia Paradisi versus, vel ad orientem Assyriae, nisi illum fluere retrogrado ordine versus fontem suum concipiamus. Non satisfacit, qui dicit *הולך* ita debere accipi uti nos vulgo dicimus, sed vulgari tantum non accurato sermone, *de Rijn loopt van hier na Ceulen* /

licet

acet proprie a Colonia Agrippina huc fluat: nam
ta non solet הַלך unquam in sacris literis fu-
mi: & haec quoque difficultas est quam Cl.
Gouffetus in Lexico suo jam proposuit, p. 585.

XXI. Quarti fluvii nomen his verbis in- §. XXI. Fla-
dicat Moses, והנהר הרביעי הוא פרת Et *vius Frat*,
flumen quartum est Frat. Nec de hoc notissi- *unde dic-*
mo flumine multa dicam, quum nemini du- *tus Eu-*
pium sit, quin Euphrates innuatur. At unde *phrates.*
praefixa Syllaba Eu ortum habeat, non puto
quenquam docuisse. Multi ex male conjun-
ctis verbis Mosi הוא פרת & φρατ, τὸ εὐ-
φρατὸς derivant. At illi fingunt, quod de-
monstrare nunquam poterunt, illos, qui flu-
vium hunc primo Euphraten appellarunt, le-
gisse sacras literas. Et si legerunt, an adeo
rudes fuere, ut nesciverint הוּא esse prono-
men? Inutilis itaque talis lectio est. Et si
vel unus ita deceptus esset, num credibi-
le est omnibus Graecis & Romanis id no-
men potuisse obtrudi pro Frath? Dica-
mus quod res est. אב Ab & או Au vel
Eu, *aquam* notat Persice, & solent Persae no-
minibus propriis fluminum eam vocem addere.
Sic Nilum appellant, *aquam Nili* نیلاب
Nilâb, Indum *هنداب Hindab*, *aquam*
Indi, & similiter dixere, *aquam Frat*, εὐφρατ.
Non est quod quis mihi objiciat, ergo eu de-
buisse

buisse postponi, & dici $\phi\rho\alpha\theta\alpha\beta$ vel $\phi\rho\alpha\theta\epsilon\upsilon$ quia in exemplis a me productis vox *aqua* آ vel ا ubique postponitur : nam & alia exempla sunt in quibus *ab* praeponitur, quod docent nomina duorum fluviorum Armeniae, *ab Uzjân*, & *ab Serab*, qui circa Urbem Tabriz unum alveum formant, qui illam urbem praeterit, *ab Azji* dictus, & in lacum Sjahi se effundit, a cuius fluvii ostio duarum parasangarum spatio abest ostium fluvii dicti *ab Hazji Harami*. Praeterea deprehendi veteres Persas, quum duo nomina substantiva in regimine sunt (loquor cum Grammaticis) nomen regens saepius praeposuisse, contra ac hodierni Persae qui illud postponere solent. Sic *Gangamela* $\text{o}\acute{\iota}\kappa\omicron\nu\text{ } \text{Καμήλα}$ Persae olim dixerunt, teste Plutarcho in Alexandro, & Strabone lib. xv. ubi خاندان *domus* praecedit, & $\text{το}\text{ } \text{Καμήλου}$ *Cameli* subsequitur. Hodie autem خاندان *domus* esset vox posterior, & جمل *Camelus*, prior. Ex eadem origine videtur petenda explicatio vocis *Hyparchos*, quod nomen est fluvii in Ctesiae Indicis. Quae autem ille pro Indicis habet pleraque Persica sunt, ut pluribus exemplis possem demonstrare. Ὑπάρχων autem Graece, ut ille transfert, notat $\text{φέρων πάντα τὰ ἀγαθὰ}$, *ferens omnia bona*. پارح *Parch* Per-

Persis significat *commodum, utilitatem*. Prae-
 terne vocem *או Eu*, aquam, aptissimum erit
 nomen fluvii *او درخ aqua utilissima*, quod
 nem fere est cum *Φέρων πάντα τὰ ἀγαθὰ*.
 Nec aliunde *Eu* in voce *εὐλαίῳ* quod alte-
 rum fluvii Choaspis nomen est, qui Susa
 aeterlabitur & se exonerat in sinum Persi-
 um, videtur petatum quam ex *או An* vel *Eu*,
 aqua & *لای lutum*, quod & sono & significatio-
 nem invenit cum nostro *Kley*, sic ut notet flu-
 vium, qui per solum lutosum, *Kleygront*, de-
 rrit. Sunt enim loca Susianae & ipsa Per-
 sis litora ibi palustria teste Strab. l. 24. Nec
 constat, quod aqua ejus tanto opere celebre-
 rit, ut Persarum regibus unice in potum fue-
 lecta, uti Herodotus, Strabo lib. xv.
 Plinianus lib. xii. 40. & multi alii tradide-
 rint. Nam & Nili aquam lutosam & turbi-
 dam fuisse constat, unde *μέλας* & *Ἀιγυπτῶ*
 Graecis, Melo primis Latinis, Hebraeis *רַיָּח*
 rager, turbidus, Jerem. 2: 18. dictus est, & ut
 quibusdam videtur *Νεῖλῳ* παρὰ τὸ νέαν ἵλυν
 εἶναι, ab novo limo, quem quotannis defert.
 De Heliodor. Aeth. lib. ix. p. 456. Attamen-
 ta dulcissima fuit & in deliciis Regum Ae-
 gyptiorum, qui illam omnibus aliis aquis prae-
 cebant, sic ut & in Assyriam usque ad Bere-
 nicem

nicen aquam Niloticam in vasis deferri cur-
verit Rex Aegypti Ptolomaeus Philadelphus
teste Athenaeo *lib. 11. c. 2.* Sic & aqua Phi-
sidis tantopere celebrata ob levitatem & du-
cedinem suam, apparet quasi stanno aut plum-
bo tincta, sed ubi subsedit, purissima est, testis
Arriano in periplo Ponti Euxini. Et nos ipse
experimur in his regionibus aquas, quae per
solum lutosum fluunt, maxime si coquantur
quod factum esse aquis Choaspis sive Eulaei
antequam in vasa diffunderentur, narrat Hero-
dotus *lib. 1.* saepe dulciores, & salubrior
esse iis, quae per solum arenosum decurrunt
licet videantur purissimae. Nec est, quod qu-
urget Choaspis sive Eulaei (quem pro eo-
dem habeo Cl. Salmasium secutus in *Exercit.*
Plinian. p. 492. & ipsum nomen Choaspe-
mihi ex *شاه آب Schoab, Regis aqua*, vide-
tur factum, unde Tibullo dicitur

— *regia lympa Choaspes.*

ad imitationem vocum Loraspes, Hyda-
pes, &c.) aquam a levitate commendari
quum si partes terrestres & lutas habue-
rit permixtas, gravior esse debuerit aliis
quas puris. Nam saepe pondus ad bonita-
tem aquae nil facit, uti luculento exemplo pro-
bat Athenaeus *loc. cit.* & aqua haec Choaspis
luto suo purgabatur in decoctione, uti & il-

Nili & Phasidis quae similiter a tenuitate & claritate commendatur, sed a limo & luto suo purgata. Ipsa enim Nili aqua limosa & turbida varios morbos efficit, ut Hirtius de bello Alex. scribit, sed ideo Galenus monet *lib. 1. de simpl.* eam limo suo per decolationem esse liberandam: & hodieque Aegyptii antequam Nili aquam bibunt, eam limo suo liberant. Est & aliud Euphratis nomen ποταμός Σέδ', quo appellatur in libro Baruchi c. i. v. 4. nam Σέδ' *Ἰσθμ* est nomen territorii Babylonici.

XXII. Restat ut ostendam fontes quatuor §. XXII.
 horum insignium fluviorum sibi mutuo vicinos admodum fuisse, ut ita commodissime, *Fontes horum fluminum vicini.*
 quum floreret Paradisus, ex uno illo fluvio qui Paradisum olim rigavit, ortum trahere potuerint. Generatim quidem observare licet in Armenia omnes collocari. Phasidis fontes ibi locat Strabo *lib. 10.* Ὁ Φάσις μέγας ποταμός ἐξ Ἀρμενίας τὰς ἀρχαῖς ἔχων. *Phasis magnum flumen, ex Armenia originem ducens.*
lib. 11. Ποταμοὶ δὲ πλείους εἰσι ἐν τῇ χώρᾳ. ὡς αὐτότατοι δὲ Φάσις μὲν καὶ Λύγος. *Fluvii celeberrimi sunt in illa regione (Armenia): celeberrimi autem Phasis & Lycus.* De eodem Dionys. Ἀρξάμωος τὸ πρῶτον ἀπ' ἔρεος Ἀρμενίου.

Primum ortum trahens ex montibus Armeniis.

D

Araxes

Araxes quoque in Armenia oritur. Plinius lib. vi. c. 9. ubi scripserat Armeniam fundere Euphraten & Tigrin, pergit. *Araxes eodem monte oritur quo Euphrates vi. mill. passuum intervallo.* Strabo illum montem Ἀζον nominat lib. xii. Ὁ Ἀζον, ἀφ' οὗ καὶ ὁ Εὐφράτης περὶ καὶ ὁ Ἀράξης. *Abus, a quo Euphrates fluit & Araxes.* Plutarchus in Pompejo similiter: Ἀράξης ἀνίσχεται ἐκ τῶν αὐτῶν ὅθεν καὶ ὁ Εὐφράτης τὸ πρῶτον. *Araxes ex iisdem cum Euphrate locis oritur.* Arrianus lib. vii. Ἀράξην τὸν ἐξ Ἀρμενίων πρὸντα, *Araxen ex Armenia fluentem.* Ita Persa quoque Geographus recentior. Sed inspectio tabularum Ptolomaei, & aliarum id satis edocet. Si quis vero de vicinia fontium Euphratis & Araxis ex uno monte orientium speciatim aliqua legere vult Cl. Golium adeat in eruditiss. notis ad Alfragan. p. 247. Fontes autem Euphratis & Tigris in Armenia esse ex testimonio Plinii, quod modo indicavimus, & Diodori Siculi lib. 2. Hist. cap. xi. liquet, nec operae pretium est ei rei immorari.

§. XXIII. XXIII. Vicini sunt, non tamen idem Num idem fons, Tigridis & Euphratis, uti veterum Geographorum praestantissimi testantur quamvis Lucanus & Boethius contrarium scribere videantur, & unum fontem duobus fluminibus adsignent. Ita ille lib. iii. v. 256.

Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus

*Euphrates, quos non diversis fontibus edit
Persis, & incertum tellus si misceat amnes
Quod potius sit nomen aquis. —*

Ic autem lib. v. de consol. Philos. met. i.

*Tigris & Euphrates uno se fonte resolvunt,
Et mox abjunctis dissociantur aquis.*

quae illi tempori, quo Paradisus floruit, con-
niunt, quum ex uno illo fluvio Edenico u-
que ortus est, non saeculis sequentibus.
namvis Lucanus non videatur dixisse, unum
se fontem Tigridis & Euphratis, sed fontes
triusque non esse diversos, id est, non lon-
a se remotos, vel disjunctos, in eadem re-
one, Armenia sc., existentes. Ita utitur illa
ce Ovidius in Epist. Herus,

At nos diversi medium coeamus in aequor.

Diversi flebant servi —

ppert. l. i. Eleg. 3.

Donec diversas percurrrens Luna fenestras.

II. 10.

— diversos possum conjungere amantes.

XXIV. Haecenus puto me fatis clare §. XXIV,
ntem meam explicuisse circa quatuor flu- *Fluvius*
a Mose in Paradisi descriptione memora- *unus unde*
olim bi

*quatuor
profluxe-
runt.*

tos. At si quis me roget, ut porro indicem ubi unus ille fluvius sit, qui Paradisum rigabat, & unde hi quatuor ortum duxerunt hunc ego vicissim rogatum volo, ut me ex aliqua illarum hypothesium, quas de Situ Paradisi formarunt Viri Eruditi, doceat, ubi in unum fluvium ostendant, e quo quatuor distincti orti sunt: quem ego fateor me hactenus non reperisse. Nam aut eundem illum faciunt cum Tigri & Euphrate, quum Moses illum distinguat, aut fingunt unum illum olim fuisse nunc frustra quaerendum. Vel peto, ut mihi ipsum Paradisum ostendat: tunc ego, ubi ille fluvius sit, indicabo. Quum enim Paradisum cum arboribus & omni elegantia sua cunctis letum esse post expulsionem primorum nostrorum Parentum inter omnes constet, etiam fluvium illum frustra quaeri, quippe qui nunc iam hodie existat, nisi forte in locis subterraneis, fatendum est. Jam tempore Moses fluvium illum unum Paradisiacum evanuisse videtur satis posse colligi ex ipsa descriptione Sacri Auctoris. Nam nomen illius fluminis nullum tradit, uti reliquorum fluviorum; quibusdam *ἁπλοῦς* describit, quum tametsi ille fluvius eo tempore in rerum natura existisset, id fieri potuisset & debuisset, quia ad Lectorem pertinebat nosse ipsum illum fluvium, qui Paradisum rigabat, quam quatuor

los qui ex eo oriebantur. Certo utique in-
 dicio, illud flumen describi non potuisse, cum
 non entis, ut loquuntur Philosophi, nullae
 sunt affectiones. Sapien- tissimae autem sine du-
 bio rationes Dei fuerunt, qui superesse ipsum
 paradysum diutius noluit, & eadem, ob quas
 cum Paradiso ille fluvius sublatu- s est. Labet
 hic subungere verba Theodoretī eis τὰ ἀπο-
 κρ. τῆς θείας γραφῆς, qui scribit Deum no-
 uisse omnes meatus horum fluviorum patere
 que ad ipsum locum Paradisi, τὴν περὶ τὴν
 ἀνθρώπων πολυπραγμοσύνην ἀγνόωντων εἰ-
 ρ. δηλ. ἦν αὐτῶν πᾶς ὁ πόρ. ἐπεφράσθη-
 εν μὴ ἂν πνευ. τὰς τέτων ὀχθας ὁδεύον-
 τς τὸ Ἱ. Παραδείσ. κατοπτεῦσαι χωρίον. Ut
 caecideret nimiam hominum curiositatem. Si
 nim omnis eorum meatus pateret, tentarent
 annulli, ripas profecuti, ipsum locum Paradisi
 inspicere.

XXV. Contrahamus nunc ante dicta in §. XXV.
 immam, & conferamus cum textu Moſis, Ἀνακεφα-
 len. 2. v. 10. λαιώσις.

10. Et fluvius) diversus a 4. aliis, de qui-
 bus mox aget quique certum nomen
 non habet, & cum Paradiso, quem irri-
 gabat, probabiliter periit.

Egrediebatur ex Eden, ut irrigaret hor-
 tum & inde dividebat se) sic ut re-
 liqui 4. fluvii ex hoc uno orti sint.

Nunc postquam ille communis fons, fluvius Paradisiacus evanuit, singuli ex quatuor fontem habent distinctum, nisi forte sub terra communis quidam fons superfit.

Et erat in 4. capita) in quatuor distinctos fluvios. Quatuor ἀρχαὶς ποταμῶν ut loquitur Epiphanius, qui ex eo uno proveniebant.

V. 11. Nomen unius est Phison) i. e. Phasis.

Is est qui circumit totam terram Chavilae) i. e. Colchida partem Scythiae. Ubi est aurum) maxima quantitate, uti ex profanis Scriptoribus patet.

V. 12. Et aurum hujus terrae bonum est) quod ex fluminum ramentis colligebatur, & pro optimo habetur.

Ibi est Bedolach) crySTALLUS.

Et gemma Schoham) smaragdus.

V. 13. Et nomen secundi fluvii est Gichon) Araxes, quod idem Persice notat quod Gichon Hebraice.

Is est qui circumit totam terram Cus) regionem Cussaeorum. Pars ea Mediae est.

V. 14. Et nomen tertii fluvii est Chiddekel) Tigris.

Is est qui vadit versus Assyriam) juxta

juxta ductum fluminis a Paradiso eo
fluit.

Et quartus fluvius est Phrat) Euphra-
tes. Ubi autem horum 4. fluviorum
fontes sunt, in Armenia sc., ibi collo-
cari debere videtur Paradisus.



THE
LIBRARY
OF THE
MUSEUM
OF
COMPARATIVE ZOOLOGY
AND ANATOMY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MASS.

DISSEMINATED
BY THE
LIBRARY OF THE
MUSEUM OF COMPARATIVE ZOOLOGY
AND ANATOMY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MASS.

THE
LIBRARY
OF THE
MUSEUM
OF
COMPARATIVE ZOOLOGY
AND ANATOMY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MASS.

THE
LIBRARY
OF THE
MUSEUM
OF
COMPARATIVE ZOOLOGY
AND ANATOMY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MASS.

I I.

DISSERTATIO

D E

MARI RUBRO

S I V E

ERYTHRAEO.

11

DISSERTATIO

DE

MARI RUBRO

LIBRO

PRIMUM



I I.

DISSERTATIO

DE

MARI RUBRO

SIVE

ERYTHRAEO.



E Mari rubro scripturus, duo §. I. *Sco-*
haec potissimum examinabo, *pus disser-*
primo, quid pro Mari rubro *tationis.*
debeat haberi, deinde unde *Mare ru-*
nomen rubri videatur esse duc- *brum vulgo*
solus Sinus
Arabicus.

um. Ad primum quod attinet, video passim
tribi & doceri mare rubrum proprie esse si-
um Arabicum, quem sicco pede transiverunt
Hebraei, nec ultra illum nomen maris Ru-
ri esse extendendum, qui insignis error est,
quem confutare plurimis veterum testimonis
constitui; ne, quod in societatem humanam
irrepsit, in re quoque Geographica altio-
res

res radices agat, id est, vera rerum vocabula amittamus. Longum esset omnes enumerare qui hunc errorem errarunt: vel solae mappae quae non recentiori tantum Geographiae, sed & veteri, illustrandae inserviunt & a variis fuerunt editae, & in omnium manibus versantur uti illae Cluverii, Blancardi, Sansonis, satis ostendunt quam communis hic error sit, quum ad unum ferme omnes soli sinui Arabico nomen Maris rubri adscriptum exhibeant. Nec aliquis inter illos est, qui veterum scripta non legunt, solis recentioribus contenti, qui, quum mentionem fieri audit, vel in concionibus, vel colloquiis, maris rubri, non statim de sinu Arabico cogitet. Quod si dubium alicui suboriatur, & Lexica illa inspiciat, quae magnifico titulo instructa, omnium doctrinarum & scientiarum compendium lectori suo pollicentur, & ad quae multi recurrunt, ut ex iis erudiantur, ne cogantur tempus collocare in pervolvendis antiquis scriptoribus, in eodem illo errore confirmabitur. Speciminis loco habe haec ex notissimo Lexico Hofmanni. *Rubrum mare. Vide Erythraeum. Alias sinus Arabicus. Estque inter Arabiam Felicem ac Petraeam ad ortum & Aethiopiam & Aegyptum ad occasum. A Sept. in Mer. 1200 m. p. longus, latus vix 250 mill. Separatur ab oceano Arabico freto Babelmandel. Quid? quod*

quod haec persuasio nonnullos induxerit, ut
 veteres ipsos, de mari rubro ita, uti par est,
 loquentes erroris accusarent, quod illi per
 mare rubrum non solum finum Arabicum in-
 telligerent. Scripserat, & verissime quidem,
 Diodorus Siculus lib. 11. Euphraten & Tigrin
 ξερεύγεσθαι εἰς τὴν ἐρυθρὰν θαλάτταν, illabi in
 mare rubrum. At Rhodomannus ibi Περσικὴν
 legendum conjicit, quod per mare rubrum,
 non, uti veteres, finum Persicum & vicinum
 oceanum, sed finum Arabicum intelligeret.
 Qui varios Interpretes Curtii & aliorum, qui
 mentionem maris rubri fecerunt, consulit,
 multos inveniet in eadem falsa opinione ver-
 datos. *Jacobus Nicolaus Lœnsis lib. 11. cap. 22.*
Miscellan. epipbill. quem librum *Janus Gru-*
terus inseruit Tomo v *Thesauri Critici*, ita dis-
 ferit ad haec verba *Senecae in Troade*,

— *Et qui frigidum*

Septena Tanain ora pandentem bibit,
Et qui renatum prorsus excipiens diem
Tepidum rubenti Tigrin immiscet freto.

Hecuba, ut *mulier locorum & Geographiae*
imperita, geminos hic errores in historia com-
mittit, dum *Tanain septeno ostio nobilem red-*
dit, & dum *Tigrin in mare rubrum se exone-*
rare dicit, quod nemo peritus regionum & lo-
corum unquam dixit. Nam neque *Tanais sep-*
teno ostio nobilis est, sed duobus tantum alveis
 sive

sive, ostiis ut Strabo notavit. Tanaim (inquam Plinius) gemino ore influentem incolunt Faxa-
mati. Eisdem adstipulatur & Ptolomaeus. Tig-
gris quoque flumen non in mare rubrum influit
sed ab Euphrate recipitur apud Babyloniam,
qui sese in sinum Persicum exonerat. Atqui
mox praestantissimos scriptores veteres ita lo-
qui videbimus.

§. II. Per
mare ru-
brum vete-
res intel-
lexerunt
mare va-
stius &
remotius
sinu Ara-
bico.

II. Ad convellendam ex animis hominum
opinionem vulgarem, quae solum sinum Arabi-
cum pro mari rubro habet, antequam speciatim
ostendamus, quid veteres per mare rubrum intel-
lexerint, docebimus eos nimis vastum & remo-
tius aequor intelligere, quam ut id sinui Arabico
tribui possit. Ita Agatharchides appellat mare
rubrum ἀπειρον μέγεθος magnitudine infinitum,
quod utique de sinu Arabico dici nequit. Pa-
ri modo Aristophanes conjungit imperium
maris rubri cum imperio totius telluris, quae
inepta fuisset collatio, siquidem de sinu Ara-
bico loqui voluisset. Quum Cleon in Equit.
Agoracrito praedixisset imperium πάσης τῆς
γῆς totius telluris, hic respondit sibi revela-
tum esse illum non terrae tantum, sed & ma-
ris rubri dominum fore, his verbis:

Καὶ γὰρ ἐμοὶ καὶ γῆς καὶ τῆς Ἑρυθρᾶς καὶ
θαλάσσης.

Cumque mox subjiciat mentionem Ecbatano-
rum:

Χῶπ γ' ἐν Ἑξάτανοις, &c.

is ostendit se oculos non habere intentos in
um Arabicum. Herodotus *lib. 1. circa fi-*
m, universum Oceanum praecipue in has
es partes dividit, *Mediterraneum*, *Atlanti-*
m & *Rubrum*, & hoc omne idem esse mare
firmat, contra ac *Caspium* quod cum alio non
immiscetur. Ubi manifesto apparet per ru-
um mare majus aequoris spatium, quam sinus
arabicus complectitur, intelligi debere. Haec
ea ejus verba sunt. Ἡ δὲ Κασπίη θάλαττα
ἐπ' ἑαυτῆς ἔσμιξις τῇ ἐτέρῃ θαλάσσῃ.
ὡ' μὲν γὰρ ἔθνη ναυπλέονται πᾶσαν. Καὶ
ἐξω σιλέων θαλάσσα ἡ Ἀτλαντὶς καλεομέ-
, καὶ ἡ ἐρυθρὴ μία πυχάνει ἔσσει. Ἡ δὲ
κασπίη ἔστι ἐτέρη ἐπ' ἑαυτῆς. Ita & Plutar-
us, sinus, quibus Oceanus in terras irrum-
it, descripturus in *lib. de facie in orbe Lu-*
ae, unum ait esse *mare mediterraneum*, al-
trum sinum *Caspium* quem ex Oceano ducere
iginem credebant, & dein οὗν πρὸς τὴν ἐρυ-
αεν θάλατταν, illos sinus, qui sunt circa mare
Rubrum, i. e. sinum Arabicum, Persicum, Gan-
eticum, &c. qui ex magno illo mari, terras
egresso, formantur. Hoc sensu & Claudia-
us de *raptu Proserp.* v. 318. Cererem loquen-
m introducit, sollicitam de filia.

*Non requies, non somnus erit, dum pignus
ademptum*

Inve-

*Inveniam, gremio quamvis mergatur Ibera
Tethyos, & rubro jaceat vallata profundo.
Ubi clare duo termini oppositi Orientis &
occidentis, mare Ibericum & rubrum, innuuntur:
& propositum suum ita Ceres executum est,
quod verbis ingeniosissimi Poëtarum Ovidii Fast. lib. iv. lubet exprimere,*

Nam modo thurilegos Arabas, modo despiciit Indos:

Hinc Libs, hinc Meröe terraque sicca subest.

Nunc adit Hesperios, Rhenum, Rhodanumque, Padumque

Teque future parens, Tibri, potentis aquae.

Quo feror? Immensum est erratas dicereterras.

Praeteritus Cereri nullus in orbe locus.

Nec praetereunda sunt Consulis Acilii verba ad milites, Antiochum aggressuros, *Asiam eos, Syriamque & omnia usque ad ortus solis ditissima regna imperio Romano aperturos. Quid deinde aberit, quin ab Gadibus ad mare rubrum Oceano fines terminemus qui orbem terrarum amplexu finit.* Haec Livius hist. 36. 17. Ubi non finem Arabicum, sed vastius & remotius aequor ad ortus solis, cui opponuntur ab occidente *Gades*, intellegi debere, manifestum est.

III. Quae quidem testimonia a nobis s. *Mare*,
 producta non tantum ostendunt vastius ali- *quod 10-*
 quod & remotius aequor, quam sinus Ara- *tam Asiam*
 bicus est, per mare rubrum intellexisse ve- *a meridie*
 res, sed suadere videntur totum illud mare, *alluit di-*
 quod Asiae litora a meridie alluit, rubrum esse *citur vete-*
 appellatum. Nam E. G. quum Herodotus *ribus mare*
 Oceanum in 4. partes dividit, Mediterraneum,
 Atlanticum, Rubrum & Caspium, ibi per
 rubrum intellexit mare illud quod Asiam a
 meridie alluit, vel alias praecipuam Oceani
 partem omisisse censendus est. Ita cum Plu-
 tarchus illos sinus, qui sunt circa mare rubrum
 memorat, quos potest innuere quam Arabi-
 cum, Persicum, Gangeticum, &c? Qui si-
 nt circa mare rubrum, utique mare rubrum
 regens illud mare est, quod cum iis commi-
 setur. Quod si haec alicui minus clara vi-
 cantur, hoc testimonium examinet Dionysii
 περὶ γ. p. 892. diserte scribentis mare ru-
 bum esse illud quod universam Asiam a me-
 ridie alluit, his verbis

— — — — — Ἀυτὰρ ἐὼν
 Ἰνδικὸς Ὠκεανὸς. Νότιον δ' αἰλὸς οἶδματ'
 Ἐρυθρῆς.

et Orientale (latus Asiae alluit) Indicus O-
 ceanus: meridionale vero fluctus rubri maris.
 eden? totum illud mare, quod Asiae litora
 a meridie verberat, appellat rubrum; atque
 E ita

ita appellat Geographus, fines Asiae descri-
 turus. Ita ergo existumandum est, totum illud
 mare quod ab Africae litore Orientali ad ul-
 timos Asiae fines, antiquis cognitos, diffun-
 ditur, & litora Arabiae, Persiae, Indiaeque
 alluit, omne quantum est, rubrum esse dictum :
 sinum vero Arabicum & Persicum proprie
 Sinus magni maris rubri fuisse, quamvis &
 nonnunquam, uti pars saepe de nomine to-
 tius dicitur, alteruter Sinus ἀπλῶς mare ru-
 brum dicatur: sed ita tamen, ut proprie no-
 men maris rubri iis non conveniat, sed vasti
 illi Oceano, cujus sinus sunt. Nunc, quo-
 niam generatim vidimus, mare rubrum Asiae
 litora a meridie alluere, restat, ut litora illa
 singula Asiae perlustrando ostendamus, pri-
 mo mare illud quod Indiam, dein quod Per-
 siam, vel utramque, Indiam sc. & Persiam
 tanquam patriam gemmarum, tum, quod Ara-
 biam, alluit, denique & Sinus duos Persicum
 & Arabicum, sed eo, quo diximus sensu
 mare rubrum sive Erythraeum a veteribus ap-
 pellari. Quae proferemus, ita ut a nobis ante
 vel lecta vel adnotata sunt, non habita accu-
 rata ratione temporis, quo scriptores vixerunt

§. IV. Ma-
 re, quod
 Indiam
 alluit a
 meridie,
 mare ru-
 brum dic-
 tum.

IV. Mari rubro Indiam allui idem Dio-
 nysius testatur, qui Indiae terminum ab o-
 riente Indum, occidente Gangem, a meridi-
 mare rubrum adsignat, v. 1133.

— νότιοι

— νόπον δ' αἰλὸς οἶδματ' ἐρυθρῆς.

Australe (latus) fluctus mari rubri.

Et mare rubrum circa Indiam magis quam alibi
Hic debere videtur innuere. Agathemeris l. 11.

Ο δὲ ὑπὸ τῇ Μεσημβρίᾳ σύμπας μὲν καλεῖται Με-
σημβρινός τε καὶ Νότιος Ὠκεανός. Πάλιν δ' αὖτε
τὸν μὲν ἀνατολικώτερον Ἐρυθρὴν θαλάσσαν. *Qua*

*meridiei subjacet Oceanus totus quidem Meri-
dianus & Notius Oceanus, dicitur. Rursus au-*

Aristoteles lib. de mundo πρὸς γεμῖν ταῖς αἰ-
ώσχεσι δ' Ἡλίου, πάλιν εἰσρέων ὁ Ὠκεανός τὸν
Ἰνδικόν τε καὶ Περσικόν διάνοιξας καὶ λαβὼν ἀνα-
φραίνει συνεχῇ τῇ ἐρυθρὴν θαλάσσαν διελι-
φώς. Rursus ad ortum solis influens Oceanus

Indicum & Persicum sinum aperit, mare ru-
brum complexus. Ubi attendi meretur vox

συνεχῇ, quod sc. sub Oceano illo comprehen-
ditur mare rubrum, non uti finis (quos di-
stinguit) sed uti ipsum mare quod ab Ocea-
no illo non est diversum. Obscurius haec

Aristotelis expressit Apulejus in lib. de mundo,
ab ortu solis Oceanus Indicum & Persicum mare
conferens. Hinc patescunt finitima rubri maris.

Livius Histor. XLV. c. IX. Arabas hinc In-
diamque qua terrarum ultimus finis rubrum ma-
re amplectitur, peragravit. Videm? Indiam
finemque orbis cogniti eo tempore mare ru-
brum alluebat. Idem Histor. XLII. cap. 52.

Perseum ita inducit milites alloquentem; *animum habendum esse, quem habuerint majores eorum qui Europa omni domita transgressi in Asiam incognitum famae aperuerint armis orbem terrarum, nec ante vincere desierint, quam rubre mari inclusis, quod vincti defuncti. At hercule nunc non de ultimis Indiae oris sed de ipsius Macedoniae possessione certamen fortunam indixisse. Ubi iterum Indicum mare innui certum. Curtius lib. VIII. c. 9. Indiam nives obruunt, rursusque, ubi cetera rigent, illic intolerandus aestus existit, nec cur, ulli senaturae causa ingessit. Mare certe, quo alluitur, ne colore quidem abhorret a ceteris. Ab Erythro rege inditium est nomen. Ubi clare illud mare quod Indiam alluit per Erythraeum innuitur. id ibid. Indum & Gangem in rubrum mare se exonerare testatur. Indus gelidior est quam ceteri. Aquas vehit a colore maris haud multum abhorrentes. Ganges omnium ab ortu maximus, meridiana regione decurrit & magnorum montium juga recto alveo stringit. Indeum objectae rupes inclinant ad orientem. Uterque rubro mari accipitur. Dionysius de flumine Indo, in *ᾠδὴν*. v. 1088.*

Ὅς ῥα τ' ἐρυθραίας κατεναντίον εἰσι θαλάσσης.

Qui rubro mari adversus in id influit.

& v. 597. Taprobanes (quae hodie Selan incolis, nobis Ceylon) litora allui Erythraeo mari scribit :

Κή-

Κήπεα δίνες ἔχουσιν, Ἐρυθραίς βοτὰ πόντε.

Cete litora habent, pecora rubri maris.

ta & Mela lib. III. c. 7. „Regio ob aestus intolerabilis alicubi cultoribus egens, inde ad principia rubri maris pertinet. Scholiastes Aristophanis ad ὀρενιδας p. 373. Ἐρυθρὰ θάλασσα καὶ τὸν ἀνατολικὸν Ὠκεανόν. *Rubrum mare juxta Oceanum orientalem.* Paulus Orosius lib. 1. Hist. c. 2. *In his finibus India est, quae habet ab occidente flumen, Indum qui rubro mari accipitur.* Poëtis nil est usitatus, quam Indicum & rubrum mare pro eodem habere. Sic Virgilius Aen. l. VIII. 605. Aurorae populos & litus rubrum & Bactra conjungit.

*Victor ab Aurorae populis & litore rubro
Aegyptum, viresque orientis & ultima secum
Bactra vehit. —*

ad quae Servius. Litore rubro. Erythraeo mari mod est inter Aegyptum & Indiam: & idem Georgic. lib. IV. vers. 373. Victorinus purpureum mare rubrum esse dixit, quod est juxta Indiam. Statius Theb. IV. v. 387.

*Gangen, & claustra novissima rubrae
Tethyos —*

cc & Horatius Eoas partes & Oceanum rubrum jungens Indicum intelligere videtur lib. I. arm. 35.

*— & Juvenum recens
Examen Eois timendum*

Partibus, Oceanoque rubro.

Quamvis si quis ibi mare Persiam alluens solum velit intelligere ut ad bellum Parthicum referatur, non repugnarem, licet prior explicatio plus gloriae Augusto tribuat. Claudianus *de bello Gildon. v. 454.*

*Fus Latium quod tunc Meroe, rubroque
solebat*

Oceano cingi, Tyrrhena clauditur unda.

Et cui non Nilus non intulit India metas,

Romani jam finis erit Trinacria regni.

Ubi pro Meroe Nilum, pro rubro aequore Indiam, pro Tyrrhena unda Siciliam substituit, uti & in *Epigram. 2. v. 17.* Indos & rubrum mare conjungens.

Proxima cui nigris Verona remotior Indis

Bena cumque putat litora rubra lacum.

& in *Rufin. v. 242.*

Indorum si stagna petas, rubrique recessus

Litoris —

& de *Magn. v. 14.*

— & quicquid Eois

Indus litoribus rubra scrutatur in alga.

Martialis lib. VII. 29.

Navigat a rubris & niger Indus aquis.

Tibullus lib. VI. Eleg. 1.

Et quascunque niger rubro de litore conchas

Proximus Eois colligit Indus aquis.

V. Alii patriam gemmarum, sive illa maria e quibus margaritae eruuntur, mare rubrum appellant: quod quamvis non negem, de India ipsa aut Taprobane, ubi hodieque piscatura frequens gemmarum est, posse intelligi unde & *Indici maris dona* Senecae appellantur in *Hippolito* v. 39. & ἰνδικοὶ λίθοι Luciano, & Indica gemma Propertio; (Et qui vult, ita intelligat, per me licet, referatque ad sectionem praecedentem; sive enim hoc vel illo modo accipias, evertit vulgarem sententiam & nostram firmat) potest tamen etiam de Sinu Persico & locis ei vicinis intelligi, quod nusquam, tot & tam bonae notae margaritae legantur. Ita Lucanus lib. x.

*Plena maris rubri spoliis, colloque comisque
Divitias Cleopatra gerit.*

Seneca in *Herc. Oet.* v. 659.

*Conjux modico nupta marito
Non disposito clara monili
Gestat pelagi dona rubentis.*

Idem in *Thyeste* v. 370.

*Qui rubri vada litoris,
Aut gemmis mare lucidum
Late sanguineum tenent.*

Propert. in *Cynthia eleg.* 14. v. 12.

Et legitur rubris gemma sub aequoribus.

Et lib. III. eleg. XI. v. 6.

Et venit e rubro concha Erycina salo.

Tibullus lib. III. eleg. 3.

Quidve in Erythraeo legitur quae litore concha.

Et lib. II. 4.

— *Et e rubro lucida concha mari.*

Claudianus de III. Conf. Honor. v. 210.

Vobis rubra dabunt pretiosas aequora conchas.

Et de Laud. Seren. Reg. v. 2.

*Vile putas donum solitam consurgere gemmis,
Et rubro radiare mari.*

In Ep. ad Seren. v. 14.

— *rubri germina cara maris.*

& in nupt. Honor. 167

— *baccis diadema ferebat*

Intextum, rubro quas legerat ipsa profundo.

& de 4 Conf. Honor. v. 598.

*Quis junxit lapides ostro? Quis miscuit ignes
Sidonii rubrique maris.* —

Quae fatis docent patriam gemmarum dici mare rubrum, quod non de Sinu Arabico, sed locis Sinui Persico vicinis, vel ipsoque illo Sinu debere intelligi quivis cernit.

. VI. Si-
us Persi-
us, mare
rubrum
nonnullis
licitur.

VI. At non defunt, qui Sinum persicum, quem alii Sinum maris rubri appellant, mare rubrum vocant, sive quod partem de nomine totius vocent, vel alias ob causas. Ita Berofus ubi agit de Oanne in Babylon. $\Phi\alpha$ -

$\nu\eta\gamma\alpha\iota$

αὐαὶ ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης κατὰ τὸν ὁμοῦν-
 τόπον τῇ Βαβυλωνίᾳ ζῶον *Apparere ex ru-*
bo mari ad locum Babyloniae conterminum
animal, &c. Herodotus quoque *lib. 111.* fac-
 mare Persicum rubrum appellat, & ex-
 esse ab Arabico sinu distinguit. Arrianus
l. VIII. κόλπον τὸν Περσικόν, ἣν δὴ ἐρυθρὴν
 ἑλαιοσαν μετεξέτεροι καλέουσιν. *Sinum Persicum,*
et alii Rubrum mare appellant. Strabo *lib.*
11. οἱ Πέρσαι τὴν πλείστην οἰκῆσιν ἐπὶ τῇ ἐρυ-
 ᾷ θαλάττῃ κίκτουνται, *Persae maxima ex par-*
te rubrum mare accolunt. Agathemeris initium
 maris rubri collocat in ostio Sinus Persici.
 ἐρυθρὰ θαλάσσα ὡς πρὸς τὰς συμβολὰς κατὰ
 Περσικῷ κόλπῳ ὁρμαίνεται. *Rubrum mare*
Germanio ibi conjungitur ubi ostium sinus Per-
sici est. Sic & Josephus *Antiq. l. 1. cap. 2.*
 ἐρυθρᾶς δὲ καὶ Τίγρης ἐπὶ τὴν ἐρυθρὰν ἀπει-
 ῥαται. *Euphrates & Tigris in Rubrum*
mare illabuntur, & diu ante hos idem scrip-
 sit Diodorus Siculus *lib. 11. c. 11.* Hos se-
 quitur Curtius, qui & Tigrin & Euphraten
 in mare rubrum i. e. sinum Persicum ducit. *lib.*
7. c. 1. *Iidem per Babyloniorum fines in ru-*
bum mare prorumpunt. Manilius quoque *lib.*
1. v. 804. Tigrin & mare rubrum con-
 jungit.

Et Tigris & rubri radiantia litora Ponti.

Claudianus Araxen, Susa, & rubri maris litus
certo indicio mare Persidem alluens per ru-
brum ab iis innui. Ita hic de *bell. Gildor*
v. 31.

— non ut proculcet Araxem

Consul ovans, nostraeve premant pharetrata
securae

Susa, nec ut rubris aquilas figamus arenis.

Suidas, ἐρυθρὰ θάλασσα ἐκλήθη ὁ Περσικὸς κόλπος,
mare rubrum dicitur Sinus Persicus.

§. VII.
*Aliis rec-
tius Sinus
maris ru-
bri.*

VII. Quidam tamen non ipsum sinum
Persicum pro mari rubro habent, nisi qui
per Synecdochen partis pro toto ita loqui ve-
lit, sed ab eo distinguunt, & mare rubrum il-
lud appellant, quod & Persiam & Arabian
alluit extra Sinum Persicum, sic ut & Ara-
bicus sinus & Persicus proprie sinus dici de-
beant maris rubri. Ita Strabo l. xvi. Arabian
scribit habere ab austro τὴν μεγάλην θάλατταν
τὴν ἔξω τῶν κόλπων ἀμφοῖν ἣν ἅπασαν ἐρυθρὰν
καλεῖσιν, magnum mare, quod extra utrumque
sinum est (Arabicum & Persicum) quod to-
tum mare rubrum appellant. Ita & Diony-
sius in *Περὶ ἡγ.* v. 52. & 54. duos hos sinus
maris Erythaei vocat. Sic Mela lib. iii. c. 8.
*Rubrum mare Graeci, sive quia ejus coloris
est, sive quia ibi Erythras regnavit ἐρυθρὰν θά-
λασσαν appellant.... Quas ripas inflexera-*
bi.

irrupit, duosque iterum sinus aperit. Per-
us vocatur, dictis regionibus propior, Arabicus
terior. Atqui ita praestantissimi veterum
eographi Sinum Persicum finum appellant
abri maris.

VIII. Non desunt quoque inter Veteres, §. VIII.
ui Sinum Arabicum appellarunt mare ru- *Sinus Ara-
bicus non-
nullis mare
rubrum.*
rum, non, ut nostri homines volunt, quod
roprie id nomen ei conveniat, & improprie
atum mari Indico, Sinui Persico &c. quod
nunquam docebunt, sed quod pars sive sinus
maris rubri esset, eodem modo, ut & Sinus
Persicus, quum vere & proprie sinus tantum
int maris Rubri, quod majoris est diffusio-
nis, uti jam ostendere coepimus & porro
ostendemus. Lucanus lib. x.

*Qua dirimunt nostrum rubro commercia
Pontum.*

Eustathius quoque in Comment. ad Diony-
sum quosdam scribit esse *Ἐρυθρίαν τὸν Ἀρα-
βικὸν κόλπον ἢ τὸν Ἐρυθραῖον*, qui Sinum &
Arabicum & Erythraeum pro eodem haberent.
At distinguit clarissime, uti Diodorus Siculus
lib. III. c. 38. init. & alii. Inter hos recen-
sendi quoque Interpretes Graeci veteris In-
strumenti, vulgo Lxx. dicti, qui *ים סוף*
(i. e. mare *algosum*, *Funcosum*, vel *interitus*,
quia in eo perierunt Aegyptii, ut hodie
بحر القلزم *Mare absorptionis*, quod ibi
Pha-

Pharao cum suis absorptus sit, dicitur) transi-
 stulerunt per θαλάσσαν ἐρυθράν, quos secutus
 Hieronymus per *mare rubrum*. Ita & Scri-
 ptores Novi Instrumenti quum de hoc mari
 loquuntur, quod Israelitae transierunt ex Ae-
 gypto profugi, i. e. Sinu Arabico, θαλάσ-
 σαν ἐρυθράν appellant, per Synecdochen partis
 pro toto, quia versio veteris Testamenti Grae-
 ca, quae illo tempore omnium manibus tere-
 batur, ita reddiderat ἡ θάλασσα. Sic legas *Act.*
vii. 36. Mosen miracula fecisse ἐν ἐρυθρᾷ θα-
 λάσσῃ in mari rubro & *Hebr. xi. 29.* Πίστε-
 δέξασαν τὴν ἐρυθράν θαλάσσαν ὡς ὁδὸν ξηρᾶν.
Fide transierunt per mare rubrum uti per so-
lum aridum. Praeter haec duo loca nusquam
 nomen maris rubri aut in veteri aut Novo Te-
 stamento reperias. Proprie tamen illud mare
 Sinus tantum erat maris rubri: sed συνεκδο-
 χικῶς ita locuti sunt, praeceuntibus, quos lau-
 davi, Interpretibus Graecis, quos passim se-
 quebantur Scriptores Novi Instrumenti, etiam
 in iis, in quibus a Textu Hebraico rece-
 dunt, cum quod ad sensum magis quam ad
 voces & literas attenderent, tum quod Grae-
 cae versioni essent assueti, & versionem mi-
 nus accuratam in rebus adiaphoris corrige-
 re non semper esset tempestivum, maxime
 quum res majoris momenti agerentur: uti
Hebr. io. v. 5. σῶμα κατήρτίσω μοι, citatur
 ex

Pf. 40. 7. quemadmodum ibi Graeci codices habent: sed Hebraei, *aures fodisti.* 1 *Petr.* 6. citatur dictum *Jesaiæ c.* 28. 16. juxta Graecos Interpretes abeuntes ab Hebraeo. Sic *ps.* 10. v. 18. citat Apostolus *Pf.* 19. 5. item juxta Graecos; atque ita fit pluribus in locis.

IX. Haec tenus testimonia quaedam hic dispersa per veterum monumenta adduximus, quae probant, non Sinum Arabicum sed aliud vastius mare olim proprio nomine Rubrum esse appellatum. Quibus si jam addimus illos scriptores, qui unice hoc egerunt mare Rubrum describerent, & ibi sententiam nostram mire confirmatam reperiemus. Quot potissimum sunt, qui de Mari rubro scripserunt & quorum labores ad memoriam nostram pervenerunt, Agatharchides & Arrianus, quorum ille, quid per mare rubrum intellexerit (non enim hic inseremus omnia quae de hoc mari scripsit, quaeque anno 598 Graece Latineque inter Geographos minores Oxoniae edita ab unoquoque conferunt) satis ostendit, scribens *Ἰνδοῦ τὸν ὀπίσθιον κόλπον μέγιστον πάντας ἐπὶ καὶ καθ' ἡμᾶς τοιοῦτάζειν ἐρυσθραῖον.* Mare illud, magnitudinis infinitum omnes ad nostram usque aetatem appellare Rubrum. Arrianus autem in *Periodo Maris Rubri* Sinthum fluvium, qui ipse Indus

§. IX. Pro-
bantur
antedictæ
ex scripto-
ribus, qui
de mari
rubro ex
professo
scripserunt.

Indus est (Ptolomaeus ostium Indi σίνθον vocat) quem accolae hodieque سند *Sind* vocant, ait maximum esse fluviorum maris rubri. Haec ejus verba sunt. Ποταμὸς Σίνθος μέγιστος τῶν κατὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ποταμῶν ἢ πλείστον ὕδωρ εἰς θάλασσαν ἐκβάλλων ὥστε ἄχρι πολλῶ (ἢ πρὶν ἢ συμβάλλῃ τῇ χώρᾳ) εἰς τὸ πέλαγος ἀπαντᾶν ἀπ' αὐτοῦ λευκὸν ὕδωρ. *Fluvius Sinthus maximus fluviorum, qui se in mare rubrum effundunt, & maximam copiam aquae afferens, ita ut longo satis intervallo a ostiis & antequam ipsam regionem attingas, aqua ex illo flumine candida appareat. Idem mihi de Indo retulerunt αὐτόπται & multi milliaribus ab ostiis ejus in mari dulces ejus aquas & turbato fundo albicantes hauriri. Quo minus dubitare licet Sinthum eundem esse cum Indo. Dein Arrianus pergit ad lustranda reliqua Asiae litora ad Gangem & ultra quae omnia in periplo maris Erythraei exhibet: atque ita non proprie Sinum Arabicum sed vastum illud mare, quod Arabiam Persiam Indiamque alluit se intelligere sub nomine Maris rubri satis ostendit, quod & nos volumus.*

§. X. Unde
appellatum
sit mare
rubrum.

X. Postquam docuimus, quid per mare rubrum intellexerint veteres, videndum est unde ita dictum sit. De quo non multa colligam, quandoquidem discrepantes circa hanc

in opiniones fatis notae & vulgatae sunt, ut
tyro in Philologicis eas nesciat, sed meam
nummodo sententiam exhibebo, & dein il-
lam quae hodie plurimum recepta est, quasi

Edomum ita nuncupatum sit, ad examen re-
vocabo. Quod ad epitheton Rubri attinet,
non puto ex lingua Hebraea id peti debere,
quia nunquam ab Hebraeis id mare Rubrum
appellatur, sed puto Graecos & Latinos esse
consulendos. Hi autem voce ἐρυθρὸν, *rubrum*,
utere, & affinibus ita utuntur, ut iis signifi-
cant viciniam, ardorem, fulgoremve Solis in-
signiorem. Lucretius lib. vi. 208.

—— Solis de lumine multa necesse est

Concipere ut merito rubeant.

lib. v. 463. de Sole oriente speciatim.

Matutina rubent radiati lumina Solis.

Tibullus l. 2. El. 2.

Eoi qua maris unda rubet.

Et Sol ipse, *ruber*, *rubentes Solis equi* apud Claud.

Gigant. v. 9. quos inter *Erythreus*; & *Solis ru-*

rum jubar apud Lucret. l. 4. 406. Et regiones

hae rubrae, rubicundae, perustae, ardentes

appellatur, quae illi Zonae subjacent, quae

Solis vires maxime experitur. Claudianus in

Conf. Stilic. 257.

Et calido rubicunda die sic Africa fatur.

Seneca Hercul. Aet. 1701.

Et omnis ardens ora, quam torret dies.

Et

Et ipsa illa Zona, seu plaga torrida, ἐρυθρὰ
 rubens, rubra, perusta, calens, &c. dicitur.
 Conferamus quaedam exempla. Eratosthenes
 descriptione Zonarum quinque mediam ita de-
 scribit :

Ἡ δὲ μία φαφαρή τε καὶ ἑκπυρρὸν οἶον
 ἐρυθρὴ
 τυπλομένη φλογμοῖσιν, ἐπεὶ ῥα ἐμοῖσιν ἐξ
 αὐτῆς

Κεκλιμένην ἀκτῖνες ἀφ' ἑρπυλίων πυρόωσιν.

Una est sabulosa & torrida & rubens

Verberata flammis, quia illam partem

Sibi subjectam perpetuo radii ardentes torren-

Virgilius eodem modo hanc Zonam describit
 & rubentem vocat :

*Quinque tenent coelum Zonae, quarum una
 corusco*

Semper Sole rubens & torrida semper ab igne

Claudianus de bello Gildon. v. 145.

— felicior illa perustae

Pars Libyae, nimio quae se munita calore

Defendit, tantique vacat secunda tyranni.

Crescat Zona rubens.

id. de raptu Proserp. 257.

*Addit quinque plagas : mediam subtegmina
 rubro*

Obsessam fervore notat. Squalebat adustus

Limes & assiduo sitiebant stamina Sole.

id.

Id. in prim. Conf. Stiliconis v. 336.

*Te duce, suspecto Martis graviore paratu
Aut in arenosos aestus, Zonamque rubentem
Tenderet.*

Lucanus lib. IV.

*At qua lata jacet vasti plaga fervida regni
Distinet Oceanum, Zonaque exusta calentis.*

Idem lib. x.

— *illos rubicunda perusti*

Zona poli tenuit —

Arnobius lib. I. adv. Gentes, igneam Zonam
opellat, & Ovidius sub ignibus positas Gen-
tes quae illius partem incolebant,

— *positosque sub ignibus Indos:*

Id. I Met. illam inhabitabilem dicit, per o-
mnia sc.

*Quarum quae media est non est habitabilis
aestu.*

Justinus & alii *Ἀγχεκαυμένην ζώνην* vocant.
Quum igitur constet Zonam illam rubram esse
dictam, & regiones ei subjectas rubicundas, ar-
gentes, &c. quidni mare illud vastum eidem
conae subjacens rubrum eadem ratione dici
potuit?

XI. Aut haec opinio mea eadem est, aut §.XI. Idem
erte non multum diversa ab illa veterum, qui, confirma-
ferente Ctesia apud Strabon. l. 16. *ἐρυθρὴν τὰρ
ἐγχεσι πρὸς θάλατταν ὡς τὸ ἑ ἡλίου κατὰ κορυ-
φήν ὄντι*, rubrum appellabant mare, quod

Sol ibi supra verticem esset, vel eorum, quos memorat Eustathius in παρεκβολ. ad Dionysii περιήγησιν v. 38. Τινὲς δὲ ἐρυνθεῖαν εἶπον Ἀφρὶ ἐπυρᾶσθαι μάλιστα τῷ ἡλίῳ τὸ ἐκεῖ κλίμα. Διὸ Φασὶ, καὶ Ἀιθίοπες οἱ κατοικῶντες λέγονται ὡς κεκαυμένοι τὴν ὄψιν. *Quidam mare rubrum dictum ajunt, quod illud Clima, vel illa plaga, plurimum a Sole torreatur. Propterea, dicunt, qui illam inhabitant Aethiopes appellantur quippe qui facie adusti sunt.* Ultima haec non parum pro nobis faciunt, quia Aethiopes, quales rubri & Sole adusti dicti sunt, nam Ἀιθίοψς in Graecis sonat. Hesych. αἰθιοπός, μέλανος Ἀφρίδες. Ἀιθιοπός, nigri, igniti. Aucto. Etymologici Magni, quod primum ex Blastofficina a. 1499. prodiit. Ἀιθίοψς ὡς καίω καὶ τὸ ὄψ ὀπός. Ὁ σημαίνει τὸν ὀφθαλμὸν καὶ τὸ πρόσωπον. Ὁ κεκαυμένην ἔχων τὴν προσώψιν. Λέγεται γὰρ ἐκεῖσε σφοδρότερον αἰθεῖν τὸν ἥλιον. *Aethiops dicitur ab αἰθῶ uro ὄψ, quod significat oculum & faciem, & est ille qui adustam habet faciem. Dicitur enim Sol ibi maxime urere.* Etymologus noster ineditus Ἀιθίοπια ὡς αἰθίωψ. ἔπὶ ὡς αἰθῶ, καίω. *Aethiopia derivatur ab Aethiops, niger & hoc a αἰθῶ, uro.* Ita & Eustathius in Odysf. lib. 1. p. 12. lin. 52. & p. 13. observat ὅτι μὲν Ἀιθίοπες μεμελεσμένοι διχα οἰκῶσιν ὡς εἶρηται οἱ μὲν δυσσόμενοι ἡλίου οἱ δὲ ἀνατέλλοντος, *Aethiopes esse duo*

runt

in generum, quorum illi habitant ad occiden-
tem, illi ad orientem Solem. Eadem enim ratio
ob quam illi, qui vehementissimo Solis
dori expositi sunt, tam in oriente quam oc-
cidente, adusti sive Aethiopes appellentur, &
sim apud Homerum permutantur hae phra-

— αἶθοπα οἶνον

— οἶνον ἐρυθρόν.

νέκταρ ἐρυθρόν. *Iliad. T. v. 38. Odys. E v. 93.*
5. 208. M. 327. N. 69. &c. vel utroque
etheto utitur, quo patet non fuisse colores
reios, ut *Odys. xi. 19.*

— καὶ αἶθοπα οἶνον ἐρυθρόν.

Unde ἐν παρόδῳ discimus quam falso Hypsi-
tes dixerit nulla voce Homerum uti quae in
desinat excepto καλαύροψ.) *Iliad. ψ. v.*
5. Est igitur αἶθοψ, ἐρυθρός, & (quia ὁμοίον
ἐρυθρόν εἶπεῖν χρώμα καὶ φοινικῶν idem est sive
ἐρυθρόν rubrum sive purpureum colorem dicas ut
Eustathius ait ad *Iliad. v. pag. 1426.*) purpureus,
nonnunquam accedens ad nigrum, unde &
ποφ per μέλας redditur. Quem colorem
Eustathius in *noct. Atticis lib. 2. c. 26. rubidum*
ocat. *Rubidus* ait, est rufus atrior & nigrore
alto mixtus. Eustathius in *Iliad. α. αἶθοψ*
& ὁ οἶν & Ἰπικεκαυμέν & πλὴν ὅψιν ἦτοι
αὐτὸς ἢ ἐρυθρός. Ὅποῖαν συνθέσιν ἔχει καὶ ὁ Ἀι-
θίοψ τὸ ἐθνικόν. *Vinum αἶθοψ adustum quod*

ad colorem, vel nigrum, aut rubrum. Ex i-
dem vocibus componitur etiam Gentile Aethio-
 Et idem ad *Iliad.* pag. 836. scribit Euripides
 alicubi referre unum ex Solis equis αἴθιοπα
 ci (apud Hyginum est *Aethiops*, cap. 183.)
 de ejus nomine vinum ita appellari. Sic
 Homerus χαλκὸν ἐρυθρὸν & αἴθιοπα χαλκὸν i-
 ter se permutat: ubi αἴθιοψ non nigrum ac
 sed rutilum notat. Atque inde Aethiopes
 cti, quasi ἐρυθροί, μέλανες, rubri & nigri,
 & Indi rubri. Silius lib. XII.

Lucet in aure lapis rubris advectus ab Indis
 & nigri. Ovid. I. de arte Am.

Andromeden Perseus nigris portavit ab Indis
 Eleganter Seneca Tragicus de his Indis.

Litus intravit pelagi rubentis
Promit hic ortus, aperitque lucem
Phoebus, & flamma propiore nudos
Inficit Indos.

Et Propertius, lib. III. Eleg. II.

Quos Aurora suis rubra colorat equis.

§. XII.

Num ap-
pellatur
rubrum ab
Edom.

XII. Haec quidem sententia simplicitate
 sua mihi maxime arridet. At alia est, hoc
 inter Eruditos maxime recepta, quae ma-
 rubri etymon ducit ab Hebraeo עֶדְוִן *Ede-*
rubus, idque ita dictum autumat, quod *Ede-*
 ejusque posterius ad litus Sinus Arabici habi-
 verint, unde toti Sinui Arabico nomen r-

Idumaei, five rubri adhaesit: & ad fir-
 mentum hujus asserti addunt, ipsos Grae-
 scribere mare Erythraeum ita dictum a
 Erythra, per quem nullus alius intel-
 potest quam *Edom*. Quis primus hujus sen-
 tia auctor sit vix certo dixerim. Cl. Nicolaus
 Clerus in *Miscell. Sacr. lib. iv. cap. 20.* eam
 tribuit, & a nemine Graecorum ac Latino-
 rum animadversam, ut ait, multis firmare,
 visus est, sed & ante Cl. Fullerum depre-
 cadi Illustrem Josephum Scaligerum in no-
 ta ad Festum, voce *Aegyptinos*, editis anno
 174 scripsisse: *quum scirent, Edom ἐρυθρὸν*
aece reddi, ab eo τὴν θαλάσσαν ἐρυθραίαν
pellaverunt sinum Arabicum, & ante eum Ge-
 orardum in *Comm. ad Ps. 106.* quos dein Cl.,
 usius, Bochartus, aliique Viri magni nomi-
 secuti sunt. Quorum tamen bona cum
 nia liceat mihi rationes meas promere, qui-
 is prohibeor quominus iis assentiar. Primo
 idem Edomaei nimis exiguam portionem
 oris in Sinu Arabico, parte maris rubri,
 tederunt, ut credi possit nomen dedisse
 n tantum toti hinc Sinui Arabico (cujus
 item accolebant) sed & Sinui Persico, &
 tissimo mari Indico, in quod Ganges & In-
 es se effundunt. Si Idumaei omne illud in-
 vallum terrarum, & longissime diffusa li-
 ra Arabiae, Persiae & Indiae tenuissent,

veri aliqua species foret, id mare ab iis דִּימָר
Edom, five, rubrum esse dictum. Nun-
 cum illi exiguum modo oram litoris in Sinu
 Arabico, sinu maris rubri, occupaverint, v-
 id probabile est: & eadem ratione credi possi-
 quia Trajectini & Geldri quaedam litora
 Sinu maris Germanici (quem nos vulgo
 Zuyderzee appellamus) possident, non huius
 solum Sinum, sed & mare illud extimum quod
 Britannias, Galliam, & Hispaniam alluit
 Trajectinum aut Gelricum potuisse dici, quod
 sc. in Sinu quodam illius maris litora quae-
 dam tenerent. Quod uti absconum est, i-
 non magis mihi placet, gentem Idumaeam
 locis maxime dissitis nomen suum dare po-
 tuisse. Deinde non constat aut e sacris aut
 profanis scriptoribus olim mare illud, five
 Sinum Arabicum דִּימָר דֵּם *mare Edom* five
 Idumaeum dictum fuisse. Nuspiam in V. T.
 aut N. mentio fit maris *Edom*. Siquidem
 vulgo fuisset dictum *mare Edom*, credere po-
 semus veteres Graecos id mutasse in θαλάσσιον ἑρυθρὸν, & Latinos in mare rubrum. Ne-
 hodie quoque Judaei illud mare *Edom* ap-
 pellant. Non ergo ab Hebraeis id nomen
 ortum est. Sed primi qui vocem θαλάσσιον ἑρυθρὸν
 usurparunt, fuere Graeci, & deinde
 eos secuti sunt Latini, *mare rubrum* id nun-
 cupantes. Quod si illi vel maxime ab Edo-
mae

maei Sinum Arabicum appellassent mare rubrum, quare id nomen etiam Sinui Persico vasto Oceano Indico tribuerunt? An hoc ab Edomo? Quae sit in eo veri species equidem non video. Tum si ab Edomo mare rubrum dictum sit, cur per mare rubrum praecipue mare Persiam & Indiam alens intelligunt? Debuissent proprie Sinui Arabico, cujus litora partim possidebant Edomaei, id nomen dedisse. At e contrario, quum Geographi, nullo excepto, mare rubrum describent, mare illud quod Persiam & Indiam alluit inprimis se intelligere ostendunt & Sinum Arabicum (ad quem siti sunt Edomaei) Sinum modo rubri maris appellant. Cur autem illum uti Sinum maris rubri considerant, quum is vel maxime & κατ' ἔπαχυν deberet rubrum dici, si etymon originem traheret ab Edomaeis?

XIII. Illud porro, quod de rege Erythra filio Persei & Andromedes, qui nomen dederit mari Erythraeo, referunt, tantum abest, ut sententiam Cl. virorum dissentientium firmet, ut potius evertere censendum sit. Nam vel eo ipso, quod ille ἐρυθρὰς dicatur filius Persei & Andromedes, satis distinguitur ab Edomo. Si enim iste Erythras sit Edom, qui mari nomen dedit, quomodo circa Sinum Persicum regnasse dicitur a Plinio, Mela &

§. XIII.
*De Rege
Erythra,
num is
Edom.*

aliis? Num ibi Edom imperavit unquam? At tamen & regnavit ibi Erythras & sepultus est in insula maris Persici; quamvis nec de insulae nomine satis constet, aliis aliter id exhibentibus. Quae fabulam redolent. Si enim ab Erythra dictum esset id mare, semper Erythraeum, Ερυθραῖον, nunquam ἐρυθρὸν vel rubrum fuisset appellatum. Sed praeterea adeo diversae sunt scriptorum relationes de Erythra ut iis fidere nequaquam liceat, & ne hilum quidem Edomo conveniat, praeter solum nomen Ερυθρᾶ. Quidam illum Ερυθρὸν, alii Erythram, nonnulli Erythraeum appellant. Hic illum in mare cecidisse & aquis suffocatum tradit, ille, eum in mare post mortem projectum esse. Ita Etymologicus magni auctor editus ἐρυθραῖον πέλαγος ἀπὸ Ερυθραίου ἡγετο βασιλέως. Ἀποθανόντος γὰρ αὐτοῦ ἔρριψαν αὐτὸν ἐν τῇ θαλάσῃ, ἐπιγράψαντες τῷ τάφῳ, ἐνθαδε πάφῃ αἰλὸς παμμεδέοντος Ερυθρᾶ. *Erythraeum pelagus ab Erythraeo quodam Rege. Illum enim mortuum projecerunt in mare, inscribentes sepulcro: Hic est sepulcrum Erythrae, toti mari imperantis: quae inscriptio ex iis versibus formata videtur, quos exhibet Eustathius in Dionys. ad v. 606.*

Ἀγχιβαθὴς δ' ἄρα νῆσος αἰλὸς κατὰ βένθῃ
ἐρυθρῆς,

Ὡνεῖς ἐνθαδὲ τύμβος αἰλὸς μεδέοντος ἐρυθρα
κέκλιται. &

et mox Etymologus, ἐρυθρὰ θάλασσα, ἀπὸ Ἐρυ-
 θρῆ βασιλέως, πεσόντος ἐκεῖ ἢ πνιγέντος. Ru-
 rum mare, ab Erythro rege, qui illic cecidit
 et suffocatus est. Suidas. Ἐρυθρὰ θάλασσα ἐκλή-
 η... ἐκ πινὸς ἀνδρὸς Ἐρύθρα τὴν προσηγορίαν,
 ὠδυνασθέντος τοῖς δὲ τοῖς τόποις Mare ru-
 rum dictum est..... ab viro quodam Ery-
 thra appellato, qui in iis locis principatum
 tenuit. Eadem haec, nonnullis mutatis, tradit
 M. Stum Etymologicon Bibliothecae nostrae
 Trajectinae, tribus voll. in folio, quod ajunt,
 constans, quod quia ineditum est, ex eo luben-
 tius haec appono. Ἐρυθρὰ, ἀπὸ τῆς Ἐρυθρῆς πιν-
 ᾶ βασιλέως ὀνομαζόμενα πεσόντῃ ἐκεῖ ἢ
 πνιγέντῃ, ἢ παρὰ τὸ ἀπὸ τῶν παρεκκειμένων ὀρεῶν
 ἐρυθρῶν εἶναι. dein ἐρυθρὰ ἀπὸ τῆς ἐρυθρῆς πιν-
 ᾶ βασιλέως ἔρριψε γὰρ αὐτὸν εἰς τὴν θάλασ-
 σαν ἢ ἐλάξευσεν ἐκεῖ λίθον ἢ ἔγραψεν ὅτως,

Ἐνθα τύμβῳ αἰλὸς μεδόντῳ ἐρυθρῷ.

Ἐρυθρὸς, παρὰ τὸ ἐρεῦθω, τὸ βαίπτω ἢ ἀπο-
 βολῇ τῆς εἰς ἢ πλεονασμῷ τῆς ῥ ἐρυθρὸς· πόθεν ἐκ-
 αἵθη ἐρυθραῖον πέλαγος ἀπὸ τῆς ἐρυθρῆς πιν-
 ᾶ βασιλέως ἀποθανόντῃ γὰρ αὐτῆς ἔρριψαν αὐτὸν ἐν
 τῇ θαλάσσῃ ἐπιγράψαντες τῷ τάφῳ ὅτως,

Ἐνθαδε τύμβῳ αἰλὸς παμμεδέοντῳ ἐρυθρῷ.

Haec quod non multum differant ab iis quae
 ex Etymologico magno produximus, Latine
 non reddimus. At metrum in versu non
 constat. Agatharchides, citatus a Strabo-

ne *lib. 16. pag. 39.* aliter hunc Erythraum describit, sc. quod Persa quidam, nomine Erythras equorum armentum, quod metu leaenae Persiae continente per mare in insulam transnaverat, insequeretur, primus ad illam insulam appulerit, & illam habitabilem videri repleverit colonis, & totum mare de nomine suo appellaverit. Qui vult Excerpta ex Agatharchide ipsa legat quae Angli *anno 1698. Tomo. 1.* Geographorum minorum inseruerunt. Alii autem a Rege quodam, ibi sepulto quod genere erat Erythraeus, & cui cum Baccho Jovi filio res fuit, de quo vide Eustathium in *Comm. ad Dionys. v. 606.* Qua veri species autem Edomo potest tribui, quod de Erythraeo in Epitaphio, modo exhibito, legitur, illum fuisse *παρμεδέοντα αἰλός*, & mari toti imperasse quod si vel de mari Persico Indicove intelligi posse concedamus, quis veterum, aut sacrorum aut profanorum scriptorum unquam Edomum, vel ejus posteros Idumaeos his regionibus imperasse & maris dominium tam late tenuisse affirmavit? Hic titulus nimis augustus est, & Neptuno, quem Euripides in Hippolyto *πντομέδοντα πορφυρέας λίμνης* appellat, melius conveniret. Ego autem, ut dicam quod sentio, illud Epitaphium revera antiquum esse (quis enim illi Edomo Graece scripsisset Epitaphium & versu quidem hexametro?) existimo.

XIV. Nec de ipsa insula conveniunt, in qua s. XIV.
 Erythras sepultus esse dicitur. Nearchus & ^{Dissensio}
 Orthagoras, (ita testatur Strabo p. 727.) di- ^{circa sepul-}
 xerunt νῆσον τυρρῖνῳ καὶ ὄντι πρὸς νότον πελά- ^{crum Ery-}
 γιαν ἐν δισχιλίοις σταδίοις ἐν ἣ τὰ ΦΘ ἐρυθρὰ ^{thrae.}
 δείκνυται χῶμα μέγα ἀγείοις φοίνιξι κατὰ φύλον.
 Τέτων δὲ βασιλεύσαι τὴν τόπων καὶ ἀπ' αὐτῆς
 πρὶν θαλάσσαν ἐπωνυμίον κατὰ λιπεῖν, *Insulam*
Tyrrhinam sitam esse in pelago ad austrum duo-
bus millibus stadiorum a Carmania distantem
in qua Erythrae sepulcrum ostenditur, ingens
tumulus & silvestribus palmis circumfusus, qui
iis locis imperaverat, & mari de suo nomine
nomen reliquerat. Arrianus eam Oaractam ap-
 pellat, & ita describit in *Hist. Ind.* 'Ες τὴν
 δὲ ὠρμήθησαν Ὀάρακτα (ἐκαλέετο) Ἀμπελοί
 τε ἐν αὐτῇ ἐπεφύκησαν καὶ φοίνικες καὶ σιτόφο-
 ροι. Τὸ δὲ μῆκος ἦν τῆς νήσου σταδίοι ὀκτα-
 κῆσοι. Καὶ ὁ ὑπαρχὸς τῆς νήσου Μαζήνης συ-
 νέπλει αὐτοῖσι μέχρι Σέσων ἐθελοντῆς ἡμεῶν
 ἑξή πλοῖσι. Ἐν ταύτῃ τῇ νήσῳ ἔλεγον καὶ ἑξή πρῶ-
 τος δυνατεύσαντος τῆς χώρας ταύτης δείκνυται
 τὸν τάφον. Ὀνομα δὲ αὐτῇ ἐρυθρὴν εἶναι, ἀπ'
 ὅτι καὶ πρὶν ἐπωνυμίην τῇ θαλάσσῃ ταύτῃ εἶναι
 ἐρυθρὴν καλέεσθαι. *Insula ad quam appulerunt,*
Oaracta vocabatur, vitium, palmarum, & fru-
menti ferax. Praeses ejus Mazenes sua sponte
se comitem iis & ducem adjunxit usque ad Su-
sa. In hac insula dicebant sepulcrum ostendi il-
 lius

lius qui primus imperium ejus regionis tenuerat, cui nomen Erythras, unde & mare Rubrum est appellatum. Plinius Ogyrin vocat lib. VI. Insula in alto objacet Ogyris, clara Erythra rege ibi sepulto. Quid inde certi colligas? Confuderunt varias insulas Sinus Persici, nec debitum eis situm assignarunt. Cl. Vossius in Notis ad Melam sagacissime odoratus est nomen Ogyris & Gyris & Gyrine innuere insulam quae

هرمز Hormuz hodie dicitur, in faucibus Sinus Persici sita, quaeque olim چرون

Zjerun vel Gerun dicta fuit, & apud Strabonem pro Τυρρίνλω (ut melius cum Gerun conveniat) scribendum putat Γυρίνην. At ego nil mutandum censeo, quia certum est چ Persicum non per G vel Zj solum sed & per T nonnunquam pronunciari. Ita herba, quam nos vulgo Thee appellamus, scribitur Malaïce چا.

Similiter ex לַו five לַאֵס bos, vitulus, puto deductum esse nomen Italiae, ubi چ per T redditum est. Nam a bobus Italiam dictam esse veteres asserunt, quod Graeci boves Ἰταλὸς (unde Romanum vitulus) dicerent: quae vox ea ratione, qua exposui, a לַו Hebraeo venit. Ἰταλὸς Hesychio παῦ-
 ρο.

¶ *Italia a vitulis nominata ut scribit Piso,*
 sunt verba Varronis *de re rust. lib. 2. cap. 1. &*
cap. 5. Bos maxima debet esse auctoritate prae-
sertim in Italia quae a bubus nomen habere sit
existimata. Confer & quae Dionysius Hali-
 carnassaeus habet *Antiq. Roman. lib. 1. cap. 4.*
 Ita & in Paulina Festi *Epitome. Italia dicta*
quod magnos Italos hoc est boves habeat. Unde
 etiam *Thurii* dicti a bubus, cum תור Tur bos
 sit, & in nummus *Thuriorum* hodieque bos
 conspiciatur: vide *Prosperi Rarissii rarior. magn.*
Graec. numism. Cui sententiae favet quod regio
Brutiorum & Lucanorum, in quibus siti *Thu-*
rii, olim proprie *Italia* dicta fuerit, quod
 nomen postea latius extensum est. Mirum
 hanc ἰταλῶν Etymologiam a nemine hactenus
 animadversam. Sed revertamur ad insulam
Hormuz. Id nomen lingua vetusta Persica
 palmetum notare scribit loco m. citato *Cl.*
Vossius: quod ignoro: sed palmae fructum
 dactylum voce non multum diversa خرما
Chorma Persice dici scio: verum longe aliter
 scribitur هرمزد vel اورمزد ut alii vo-
 lunt, quamvis nonnulli hanc scriptionem reji-
 ciant, aliter خرما: & testantur Persae ab
 Rege Ormozd (unde Graecum Hormizdas)
 illam insulam esse appellatam, quod credibile
 est.

est. De palmis, quae ibi fuisse olim perhibentur, nil hodie restat : sterile solum est & nullius arboris capax ; adeo falsuginosum & sulphureum est. Ceterum de his insulis videri potest praeter Vossium modo laudatum Salmasius in *Exerc. Plinia. pag. 831.* Quae tamen omnia simul collata satis ostendunt non convenire veteres in assignanda certa insula quae sepulcrum sit commentitii Erythrae.

§. XV.

Mos veterum, qui nomina marium & locorum a nominibus virorum, siue veris siue fictis deducere amant.

XV. At nil veri subesse hinc sententiae quae ab Erythra mare rubrum derivandum censet, praeter ante dicta ostendit consuetudo Veterum Graecorum praecipue, qui plurima nomina fluviorum & regionum a fabulosis quibusdam Viris aut faeminis qui ea loca incoluerunt & reges plerumque vel reginae fingebantur, derivare solent. Qui exempla cupit, Plutarchi libellum de fluminibus perlegat, ubi omnes fluvios ibi recensitos (solo Tigride excepto) ab hominibus idem nomen gentibus & qui ibi regnaverunt, vel in eo perierunt, (quod ipsum de Erythra narrant uti vidimus) nomina sua traxisse videbit. Sic solebant illi, quum tamen nos contrarium saepe sciamus e certissimis documentis : uti quod Araxes ab Araxe rege Armeniorum (qui enim nomen suum istius modi fluviis dedere, Reges esse solent, uti & Erythras noster Rex) dictus

Cetus sit, quum sit nomen Persicum **الرس**
Erras, fluvius, quod Euphrates ab Euphrate
 grandaci filio in eum demerso sit appellatus,
 num verum nomen **פרת** in Mose habeatur
 : inde **או פרט** *Eu frat* ductum sit, quod
 Nilus, qui & Melas, a viris eognominibus ita
 ctus sit, quum ex **נהל** & **שחר** multo
 tius repetatur, aliaque quae lector confe-
 it. Adde Ovidii Metamorphoses, ubi am-
 a exemplorum talium seges est, Apollodo-
 Bibliothecam & alios Mythologos. Ita
 ersiam a Perse filio Andromedae dictam,
 Mediam a Medo Mediae filio, Armeniam
 o Armenio Rhodio, regionem Gordyaeam a
 Gordye filio Triptolemi, Thraciam a Thra-
 e Rege, Babyloniam a Babylone filio Beli,
 oppen ab Jope Cephei uxore, Ascalonem
 o Ascalo, Damascum ab Asco gigante, Il-
 triam ab Illyrio Cadmi filio, Italiam ab Ita-
 o, mare Atlanticum ab Atlante Rege Mau-
 taniae, Icarium ab Icaro, mare Jonium ab
 o, Hadriaticum ab Hadria, Aegaeum ab Ae-
 aeo Thesei patre, Tyrrhenum a Tyrrheno
 tyos filio, & multa talia. Sic quoque, quum
 iunde nomen Erythrae in fabulis suis nos-
 unt, pro more suo, a viro Erythra dicto
 mare Erythraeum deduxerunt.

§.XVI. Se-
pulchrum
Erythrae
falso jacta-
sur.

XVI. Verum, diet aliquis, non videtur commentum esse quod Graeci de Erythra tradunt, quandoquidem ejus sepulchrum extat & ostendi scribunt. Quasi vero non plura talia de locis remotis fingi soleant; adde quod nullus veterum affirmet se id vidisse, at solummodo se id auditione accepisse. Quid? Quod si vera scribant illi Auctores qui in mari submersum Erythram volunt, mendacii possumus convinci tota illa de ejus sepulcro fabula, nemo quis statuere velit, pisces carnivoros illius maris pepercisse Regi Erythrae, & cadaver ejus in litus esse ejectum, aut Cenotaphium constructum fuisse. Quod si vel maxime ibi quidpiam pro sepulcro Erythrae ostentaretur, potius id alterius viri sepulchrum fuisse, quem variis de causis Erythran esse dixerint. Vel, cum insulani illi Principis cujusdam sepulchrum in insula sua haberent, & illum regem nomen dedisse locis vicinis narrarent, Graeci jam in mare ἐρυθρὸν vocantes, illum Erythran dixerunt. Aut forte mentiti illi sunt, ut Cretenenses, qui Jovis sepulchrum esse penes se jactabant, unde Κρητες, uti & alia iis exprobrabantur vitia, quod essent, uti Leonidas loquitur lib. III. Anthol. Epigr. 65.

Ἄει ληϊσάι, καὶ αἰλιφθόροι, ὅδ' ἐ δικάϊοι.
Semper latrones & piratae, & injusti.

a etiam dicti fuere, *perpetuo mendaces*, αἰεὶ
 Δυσαί, & scite Callimachus.

Κρήτες αἰεὶ ψευδαί· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄναξ,
 σείο

Κρήτες ἐπικτήναντο· σὺ δ' ἔθάνες ἔσσι γὰρ αἰεὶ.
Cretenses semper mendaces sunt. Sepulcrum
enim Tuum, o Rex,

Cretenses fabricarunt, quum tu non sis mor-
tuus, sed semper existas.

quod ipsum false perstringit Athenagoras in
Pol. pro Christian. & Getulicus in Epitaphio
 Itydamantis, *lib. III. Antholog. Epigr. 12.*
 nitatus est. Quia enim Minois sepulcrum
 si fuerat hac Inscriptione ΜΙΝΩΟΣ ΤΟΥ
 ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ, *Minois, Filii Jovis, se-*
pulcrum, illo ΜΙΝΩΟΣ injuria temporis
 raso, restabat ΤΟΥ ΔΙΟΣ *Jovis*, quod ine-
 ca & stulta gens pro Jovis sepulcro habuit,
 non contenta Jovis incunabulis. Ita testatur
 scholiastes Callimachi ad *Hymn. 1.* his verbis
 Κρήτη δ' ἔπ' τῷ τάφῳ ἔ' Μίνωῳ ἐπεγέγρα-
 φτο, ΜΙΝΩΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ.
 ὡς χρώνω δὲ τὸ ἔ' Μίνωῳ ἀπηλείφθη· ὥστε
 εἰλείφθηναι, ἔ' Διὸς τάφῳ. Quorum verbo-
 rum sensum Latine jam dedimus. Lactantius
 inscriptionem ita refert. 'Ο Ζεὺς ἔ' Κρόνῳ. *Ju-*
pter Saturni. Inscriptionis nominis JOVIS
 etiam meminit Mela *lib. II. c. 7.* Ibi sepulti
Jovis paene clarum vestigium sepulcrum est: cui

men ejus inscriptum esse accolae ostendunt. Alii fat deprehenderunt esse illum ψευδήμον τύμβον, mendacem tumulum, uti Nonnus lib. VIII. Dionys. eum vocat, & hinc inquit Lucanus lib. VIII.

*Tam mendax Magni tumulo, quam Creta
Tonantis.*

Simili modo Megarenses ostendebant penes se sepulcrum, Empedoclis at falso, siquidem, ut a gravissimis Auctoribus traditum est, ardentem Aetnam insiliit, quod Diogenes Laertius hoc epigrammate tangit:

Ναὶ μὴν Ἐμπεδοκλῆα θανεῖν λόγῳ, ὡς πόθ' αἰμάξης

Ἐκπεσε καὶ μηρὸν κλάσσας δεξιπερόν.

Ἐὶ δὲ πυρὸς κρητῆρας ἐσήλατο καὶ πῖε τὸ ζῆν.

Πῶς αὖν ἔτ' ἐν Μεγάρῳις δείκνυτο ἔδ' ἐν τῷ Φῶ;

*Certe mortuum esse Empedoclem sermo est,
quum e curru*

Excidit, & dextrum crus fregit.

Si vero igneos crateres insiliit, & immortalitatem acquisivit,

Quomodo Megaris ostenditur ejus sepulcrum?

§. XVII.

*Num Sinus
Arabicus
praecipue
dicatur
mare Ery-
thraeum.*

XVII. Denique nititur ea sententia Cl. Fulleri hoc fundamento Sinum Arabicum ad quem habitarunt Edomaei proprie & primo mare rubrum dictum esse. Ita enim ipse Fullerus

is pag. 635. „ Arabicum Sinum proprie Erythraeum h. e. Edomaeum vocari apparet. 636. „ Nominis enim Erythraei principiumque honos non remeavit a Sinu Persico ad Arabicum, sed emanavit potius ab Arabico ad Persicum. Firmamentum quo nitamur, quaeris, validissimum proferimus. 1 Reg. 9: 26. Naves fabricatus est Rex Salomon Etsiope Geberis quae est prope Elothas ad litus maris rubri in terra Edomi. Debile profecto fundamentum. Nam in illo textu maris rubri nomen non legitur, nisi in versione Latina. Nuspiam in V. T. *maris rubri* mentio. *הַיָּם הָרֹדֶד* *mare algosum* ubique appellatur rubrum. Quomodo ergo inde probabitur Sinum Arabicum primo nomen maris rubri habuisse ante Sinum Persicum? Nos supra ostendimus, quum veteres Geographi mare rubrum describunt, nunquam illos Sinum Arabicum speciatim ita appellare, sed eum uti nomen maris rubri considerare, & si alterum horum Sinuum mare rubrum dicendum est, plurima Veterum testimonia pro mari Persico stare. Nec multo plus Viro Eruditissimo favet, quod putet, quum Hesychius Sinios appellat non tantum *Φοίνικας*, Phoenicium, verum etiam *τὰς τὴν ἐρυθρὰν οἰκῶντας Ἰαῶνας*, eos qui mare rubrum accolunt, ibi mare rubrum Sinum Arabicum intelligi,

quia Sidonii illic mercaturam exercuerunt. Non enim populi ibi habitare dicuntur, ubi quidam ex iis mercaturam exercent. Uti, nunc le hodie, si indicare vellem, qui appellarentur Belgae, dicerem, cives Provinciarum uniuscuiusque &c. & qui habitant in America, in Java in Siam &c. At si quid iudico, non illos Sidonios, qui notissimi erant, innuit Herodotus, sed eos qui ad mare rubrum habitabant, eo sensu quo Veteres mare rubrum intellexerunt, sc. mare Indicum, vel illud quod inter Indiae & Persiae alluit. Ibi enim quae sunt Σιδώνιοι & urbs Σιδώνη, uti in duobus MS. tis Florentinis Arriani *hist. Ind.* recte legitur. Sidone oppidum est in litore Carmaniae. Ὁρμίζοντα πρὸς Σιδώνη, πολιχνίῳ σμικρῇ καὶ πάντων ἀπὸρῳ ὅτι μὴ ὑδατὶ καὶ ἰχθυῶν. Appulerunt Sidonen urbem exiguam, & omnium rerum inopem praeterquam aquae & piscium. Strabo tamen, quod miror, etiam illis opponit, qui Sidonios quosdam ad Sinum Persicum collocant, ita scribens *lib. I.* postquam monuerat multos proferre ea quae fidem non merentur, ὅμοιοι δ' εἰσὶ τῆτοις καὶ οἱ Σιδόνιοι τῇ κατὰ Πέρσας θαλάττῃ διηγούμενοι ἢ αἰχλοδίῃ τῶν Ὠκεανῶν *similes iis sunt qui Sidonios in mare Persico vel alibi ad Oceanum locant.*

§. XVIII.

Aetas Erythrae &

XVIII. Videamus porro an aetas Erythrae ita conveniat cum aetate Edomi ut per code

idem haberi possit. Sunt qui Erythram Per- *Edomi non*
 filium fuisse dicunt, at Perseus ille circa *conve-*
 num 1300 ante Christum vixisse scribitur, *niunt.*
 ita computum Petavii aliorumque Chrono-
 gorum. Sic ut hic Erythras aliquot saeculis
 est Edomum vixerit, nec idem cum eo
 confendus sit. Alii Erythram, a quo mare
 erythraeum dictum sit, vixisse volunt eo tem-
 pore, quo Medi rerum potiebantur, uti vi-
 dere est in fragmentis Agatharchidis de mari
 rubro. Quae tempora multo seriora sunt,
 quam ut iis Edomus vixisse credi possit. Sed
 mendacia sibi non constant. Quare nulla
 coniectura est inter Erythram & Edomum tem-
 poris, quo uterque vixit, convenientia.

XIX. Pro etymo maris Erythraei dedu- *§. XIX. An*
 cendo ab Erythra quodam sive Edomo & hoc *ἐρυθραῖον*
 cit, quod multi urgent, vocem *ἐρυθραῖον* *rubrum*
 nunquam significare Graecis *rubrum*, sed esse
 nomen *ἐθνικόν* sive Gentile, adeoque ab Ery-
 thra debere derivari. Aliud est, dicunt, *ἐρυ-*
θρος, quod rubrum sonat, aliud *ἐρυθραῖον*.
ἐρυθραῖον, sunt verba Salmasii in *Exerc. Plin.*
pag. 741. non est ruber sed Erythraeus. Graeci
usquam ἐρυθραῖον pro rubro posuere. Ita & Ta-
quillus Faber lib. 1. Epist. 9. pag. 34. nega-
mus ἐρυθραῖον rubrum significare, sed Erythrae-
um, id est, qui ab Erythra appellationem duxerit.
et unde colligi potuit ἐρυθραῖον esse nomen

ἔθνικόν, nisi terminatione αἶϛ, quae tamen, in λιπαρὸς, λιπαρᾶϛ, ἥρεμϛ, ἥρεμαῖϛ, αἶγναιϛ, αἶγναῖϛ, δεύτερος & δεύτεραῖϛ, aequè patet ut dicamus sensu convenire ἐρυθρὸς & ἐρυθρᾶϛ. Saltem ego rationem non video cur credere debeamus τὸ ἐρυθρᾶϛ ubicunque legitur magis significare Erythraeum, quam λιπαρᾶϛ *Liparaeum*, & ἥρεμαῖϛ *Eremaeum*, quum tamen has voces pro appellativis passim usurpari apud Graecos notum sit, nec a quoquam in dubium vocari possit. Quod si veteres Graecos audiamus, quos fas est credere melius linguae suae genium & vim vocum intellexisse quam nos hodie, certissime nobis persuadebitur illos non fuisse in illa opinione quam Cl. Salmasius, Faber & alii tuentur sed & contrario existimasse illos ἐρυθρᾶν significare *rubrum*. Cur enim alias etymon πόντος ἐρυθραῖς deduxissent a colore rubro illius maris, vel rubedine montium adjacentium, si ἐρυθρᾶϛ nunquam rubrum notaret, quod utique illi scire poterant & debebant, quibus usus ejus linguae erat familiaris? Quod si etiam usque illi suae linguae ignari fuissent, ut nomen Gentile, ἐρυθρᾶν, Erythraeum, inepte confunderent cum appellativo ἐρυθρὸς, ruber, cum non illi scriptores, qui illorum sententiam referunt, qui utique Graece sat erant edocti, errorem tam turpem atro carbone notarunt.

dixe-

xeruntque adversari hoc linguae genio, &
 nunquam ἐρυθραῖον rubrum notare, sed solum
 ὑθρός. Non enim tam ampla disputatio-
 ne opus fuisset circa etymon maris Erythraei,
 illis scriptoribus persuasum fuisset ἐρυθραῖον
 semper esse nomen Gentile & significare E-
 rythraeum. Potuissent breviter dixisse, errasse
 eos vehementer & confudisse ἐρυθραῖος & ἐρυ-
 θρῆς, voces significationis diversissimae. At
 cum hoc non praestiterint, sed & contra-
 rio istam opinionem, quae ἐρυθραῖον πόντον uti
bentem dictum vult, non pro nomine Genti-
 li habet, uti relatu dignam in sua scripta retule-
 ant, nil aliud inde licet inferre quam ἐρυθραῖον
 ἐρυθρόν idem esse & rubrum significare.
 vivat audire unum instar omnium, summum
 cum Grammaticum, Eustathium, qui si inter
 ὑθρός & ἐρυθραῖος distinctio quaedam col-
 locari debuisset, sine dubio pro ea, qua pol-
 lebat, ejus sermonis peritia, id scivisset, &
 amen in notis ad Dionysii περιήγ. v. 38. ita
 tribit. Καλεῖται δὲ Ἐρυθραῖον ἢ ἀπὸ τῆς
 υπερκειμένης τῷ ὕδατι μιλιώδους ἐρυθραῆς γῆς, ἢ
 καὶ τῇ ὑπερκειμένων τοιχοχρόων ὀρέων· οἷς ἕωθεν
 πρὸς βάλλων ὁ Ἥλιος ἐρυθρὰν φανταίνει τῇ
 καλᾷ σφαιρῇ ἐπιφάνειαν, ἀνακλωμένης τῆς ὕψους.
 ἤσιν ἔνθ' ὁ αἰὼς τῷ γράψαντι τὰ Ἐθνικά,
 Δυσάνιος ἔτις ὀνομαζόμενον, ὅτι τὰ αἰθακεῖ-
 να ὄρη δεινῶς ἐρυθρά εἰσι ἢ πορφυρά. Καὶ ἐ-

πάν βαλὴν εἰς αὐτὰ ὁ ἥλιος καταπέμπει
 τὴν θάλασσαν ἢ αὐτὴν σκιὰν ἐρυθράν καὶ ὅ
 ἔρω δὲ κατακλυσθέντων τῶν ὀρέων εἰς θάλασσαν
 συρρέοντι, τοιαύτη φησὶ, γίνεται ἡ θάλασσα π
 χροιάν. *Appellatur autem (Pontus) Erythraeus*
vel a rubra terra miniata quae infra ejus aqua
est, vel ex montibus rubri coloris ei adsitis
qui cum radiis solaribus verberantur faciem ma
ris rubram efficiunt, per refractionem visu
Uranius autem, citatus Auctori τῶν ἐθνικῶν
inde etymon deducit quod adsiti montes insigni
ter rubri sint & purpurei, & quum sol radi
suos in illos emittit, umbram rubram ab iis i
mare conjici. Et montes pluvia proluti quae
ab iis in mare defluit eundem colorem mar
impertiuntur.

§. XX. De
 eodem.

XX. Deinde, si ἐρυθραῖον rubrum non no
 tet, quomodo solis insulam *Erythraeam* dictam
 per *rubentem* transfert Solinus, & Plinius Nym
 pharum cubile rubens? Vix adducor ut credam
 Plinium Graecae linguae tam imperitum fuisse
 se, qui, si ἐρυθραῖον rubrum non significaret
 id ignorasset. Quod si vel maxime conceda
 mus ἐρυθραῖον non esse rubrum Graecis, &
 mittamus vocem *Erythraei*, eadem recurret
 quaestio, unde θάλασσα ἐρυθρά, & mare ru
 brum dictum sit. Hoc utique negari non
 potest ἐρυθρόν esse *rubrum*, & ex neutro horum
 nominum patere id esse Gentile aut ab *Ery*
 thra

Erythra derivandum. Et si vel ἐρυθρὰ ab nomine proprio *Erythra* formari posset (quod tamen Illustr. Salmasius negat in *Exerc. Plin.* pag. 341. & *Faber in Epist. l. i. Ep. 9.*) nunquam tamen Latinis id mare *rubrum* appellare licuisset. Debuissent semper *Erythrum* vel *Erythraeum* dixisse. Nec enim licet, quia ἐρυθρὸς *rubrum* sonat, pro *Erythraeo* (nomine proprio) substituere vocem rubri ut aequivalentem, non magis quam si litora Italica appellarem litora bovina, quia sc. Italia dicitur ab Ἰταλὸς i. e. bubus, aut Liparam, insulam pinguem, & quae sunt his similia. Unde ergo dictum est mare rubrum, unde ἐρυθρὰ; Quodque inprimis hic meretur notari adversus eos, qui maris *Erythraei* nomen ab viro *Erythra* ducunt, & antiquius & vulgarius nomen est ἐρυθρὰ θάλασσα & mare rubrum, quam ἐρυθραῖα & *Erythraeum*, quantum quidem judicare datur ex veterum monumentis. Et hoc nomen vix uspiam reperias, si paucissima loca excipias, quam apud Poëtas, quibus illud *Erythraeum* magis ob metrum vel elegantiam vocis, placebat. Atqui si ἐρυθραῖον ab *Erythra* esset dictum, & hoc verum genuinumque maris nomen fuisset, sine dubio Historici & Geographi veteres potius ἐρυθραῖαν eam appellassent; quippe quod nomen propius exprimeret originem ejus ab *Erythra*. Sed con-

trarium fieri videas. Herodotus, Aristophanes, Aristoteles *Meteorol.* 1. 14. & 2. Pindarus, Berofus in 1. *Babyl.* Strabo, Arrianus in *Periplo*, Agathemeris in *Geogr.* Pausanias l. 1. c. 33. & 6. 26. aliique passim ἐρυθρὰν vocant, & plurimi Latinorum *rubrum*.

§. XXI.
*Pindari
locus de
mari rubro
expensus.*

XXI. Non abs re erit, hic disquirere quocumque sensu Pindarus in *Pythiis* scripserit Argonautas ad Rubrum Oceanum pertigisse, quod plane contra omnem verisimilitudinem ab eodem dictum videtur. Sive enim per mare rubrum intelligamus mare Indicum, vel Sinum Persicum Arabicumve, nihilominus credi vix potest ad ullum ex hisce maribus sinibusve Argonautas esse delatos. Quibus accedit quod veteres, qui se certatim exercuerunt in describendo hoc famosissimo itinere, non scripserint eos tam longe profectos, nec ex opinione sua id scribere potuerint, quia iis persuasum erat tantum esse ardorem intercedentis plagae, & adeo periculosam maris Atlantici navigationem, maxime si totam Africam circum vehi debuissent, ut iter ex mari mediterraneo a columnis Herculeis, ultra quas ἄβαλον ἄλα *invium mare* Pindarus appellat, in *Nem. od.* 3. ad Indicum Oceanum institui plane non posset. Quum itaque solus Pindarus illos ad mare rubrum delatos canat, varias expertus est & nunc & olim Criticorum censuras,

sturas, quorum maxima pars turpissimi erroris
notam Nobilissimo vati inurunt, nec dubitare
affirmant, hic pessime hallucinatum esse Poë-
tam. Verba ipsa Pindari haec sunt *in Pyth.*
od. IV.

Ἐντ' Ὠκεανῷ πελάγεσσι μίχεν

Πόντῳ τ' ἐρυθρῷ Λημνιάων

Τ' ἔθνεϊ γυναικῶν ἀνδροφόνων.

Dein vecti sunt ad profunda Oceani

Et mare rubrum, & Lemniarum

Gentem mulierum, qui viros occidebant.

Illud μίχεν verto, uti Scholiastae id explicant,

per προσιπέλασαν & ναυπηγόμενοι ἐνεμίζουσιν

τῷ τε & Ὠκεανῷ πελάγει ἢ τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσ-

σῃ. In iisdem illis Scholiis Pindarus primus

appellatur qui Argonautas eo usque prove-

ctos scripsit. Sed videamus ipsa verba. Προ-

σιπέλασαν δὲ καὶ τῷ Ὠκεανῷ ἢ τῇ ἐρυθρᾷ θα-

λάσσει. Καينῶς δὲ ὁ Πίνδαρος εἰς ταῦτα τὰ πε-

λάγη ἰσχυρεῖ πεπλανηθεὶς τοῦ Ἀργοναύτας. Ἀλ-

λως τὸ ἐντ' Ὠκεανῷ πελάγεσσιν, ἐνιοι φασὶ τὴν

πρόθεσιν προσηλπίαν & λόγῳ. Ἐληφε δὲ ὁ Πίν-

δαρος τὸ πρῶτον πάντων γενόμενον ἢ ἀντε-

ρραμμένως ἔσχατον τέθεικεν. Εἰς μὲν γὰρ τὸν

Ὠκεανὸν καὶ τὴν Ἐρυθρὰν εἰσέβαλον, Φεύγον-

τες ἐκ Κόλχων. Ταῖς δὲ Λημνίαις ἐμίζουσιν

τελὶν εἰς τὸν Πόντον ἐπιπλεῦσαι. Delati sunt

ad Oceanum & mare rubrum. Novum autem

est, quod hic narrat Pindarus ad illa usque ma-

ria

ria vagatos esse Argonautas. Alii vero in his
 verbis superfluam esse propositionem dicunt. Pin-
 darus autem illud quod ordine temporis pri-
 mum contigit, ultimo loco collocavit: nam ad
 Oceanum & mare rubrum navigarunt fugien-
 tes ex Colchide: cum Lemniis autem mulieri-
 bus rem habuerunt quum versus Pontum navi-
 garent. At profecto Hesiodus (de quo mox)
 & Homerus jam Pindaro praeiverant, de quo
 Strabo lib. v. καθάπερ τὸν Ὀδυσσεῖα εἰς τὸν Ὠ-
 κεανὸν ἐξέβαλε, πρὶν πλησίως ἢ τὸν Ἰάσονα.
 Uti Ulysssem in Oceanum exisse fecit, ita & Fa-
 sonem. Atqui illum Oceanum appellat Pin-
 darus mare rubrum, quamobrem statim vi-
 debimus. Diodorus Siculus ex relatione mul-
 torum inter veteres lib. iv. cap. 58. tradit,
 Argonautas in ipso Oceano Atlantico diu
 fluctuasse, quidni & idem Poëtae Pindaro dicere
 licuit? En verba Diodori. Οὐκ ὀλίγοι γὰρ τῶν τε
 ἀρχαίων συγγραφέων ἢ τῶν μεταγενεσέων (ὧν ἐστὶ
 ἢ Τίμαιος) φασὶ τὸν Ἀργοναύτην μετὰ τὴν
 εἰς δέρεα ἀρπαγὴν πυθομένης ὑπὸ Αἰήτη πρὸς
 κατειληφθαι ναυσὶ πρὸ σώματι τῷ Πόντῳ, πρᾶξι
 ἐπιτελέσασθαι παραδόξον ἢ μνήμης ἀξίαν. Ἀνα-
 πλεύσαντας γὰρ αὐτοὺς Ἄλφειος τῷ Ταναϊδὶ ποτα-
 μῷ ἐπὶ ταῖς πηγαῖς ἢ τὸ πόντον πινὰ τὴν ναῦν διελ-
 κύσαντας καθ' ἑτέρας πάλιν ποταμῷ τὴν ῥύσιν ἔ-
 χοντες εἰς τὸν Ὠκεανὸν κατὰ πλεῖστα πρὸς τὸν
 Ἰάσονα. Ἀπὸ δὲ τῶν ἀρχαίων ἐπὶ τὴν δύσιν
 κομισ-

ἰσθμῶν, πρὸ γῆν ἔχοντας ἐξ εὐωνύμων, καὶ
 πλησίον γενομένων Γαδείρων, εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς
 θάλασσαν εἰσπλεῦσαι. Non pauci vero & ve-
 rerum & recentiorum scriptorum, inter quos Ti-
 maeus est, tradunt Argonautas, post raptum
 vellus aureum quum scirent ostium fluminis ab
 Aeeta esse navibus praeoccupatum, mirum fa-
 rinus & memoria dignum edidisse. Tanaim
 enim ingressos adscendisse ad ejus fontes, &
 navi per spatium aliquod protracta per aliud flu-
 men in Oceanum se effundens ad mare devenisse,
 & tum ab septentrione versus occasum ita cur-
 sum flexisse, ut a sinistra continentem haberent,
 & tandem juxta Gades in mare nostrum inve-
 ntos. Quibus adde testimonium Scymni, quem
 citat Scholiastes Apollonii ad lib. iv. v. 284.
 Ο μὲν γὰρ Σκύμνῳ αὐτῷ Διὶ ταναΐδῳ πε-
 πλοκέναι ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν ἐκεῖθεν δὲ εἰς
 τὴν ἡμετέραν θάλασσαν ἐληλυθέναι. Scymnus (ait
 Argonautas) per Tanaim navigasse usque ad
 mare magnum & inde pervenisse in mare no-
 strum. Et ne quis excipiat Tanaim non in-
 fluere in mare magnum, quidam navem Ar-
 go per siccum aliquo spatio tractam, ope in-
 strumentorum, referunt. Quamvis id neces-
 sarium non fuit, siquidem Medea artibus ma-
 gicis in sicco aquas excitare ubique potuit, ut
 Lepide Scholiastes Lycophronis ad v. 887. Sed
 & ante Pindarum Hesiodus in Oceanum Atlan-
 ticum

ticum Argonautas deduxerat. Scholiaſtes Apollonii ad lib. IV. v. 259. Ἡσιόδῳ δὲ καὶ Πίνδαρῳ ἐν Πυθιονίκαις καὶ Ἀντίμαχος ἐν Λυδῇ καὶ ὁ Ὠκεανὸς φησὶν εἰς Λιβύην καὶ βασιλεύσαντος τὴν Ἀργὴν εἰς τὸ ἡμέτερον πέλαγος μενέσθαι. *Hesiodus autem & Pindarus in Pythioniciis* (is hic textus est quem examinamus) *& Antimachus in Lyde dicunt per Oceanum* (i. e. mare Atlanticum) *eos venisse in Libyen & portata aliquo usque navi Argo in nostrum* (i. e. mediterraneum) *mare esse delatos.* Scholiaſtes Lycophronis ad v. 887. per Phasin eos deducit ad Oceanum, & καὶ τῆς ἑξω θαλάσσης καὶ ὁ Ἀδελίς, *per mare externum & Hadriam eos navigasse scribit.* Quum itaque hinc pateat plurimis inter veteres persuasum fuisse Argonautas ultra columnas Herculis mare Atlanticum navigasse, quidni Pindarus recte canere potuit illos ad rubrum mare fuisse delatos, quandoquidem & Poëtae Latini illud mare Hesperium quod extra columnas est, & in quo Sol occidere credebatur (quemque ibi in mare cadentem & obrutum aquis non sine quodam horrore Decimus Brutus deprehendit, ut Florus loquitur l. I. c. 17.) a rubore, quo id perfundebant ultimi solis radii, id mare rubrum appellarunt. Ita Virgilius.

Praecipitem Oceani rubro lavit aequore currum.
& Seneca Tragicus,

— *quo ferens Titan diem*

Lassam rubenti mergit Oceano rotam.

Vel an licuit Latinis Vatribus id mare rubrum appellare, Graeco nequaquam id πόντον ἔρυον dicere? Cur ergo in Pindaro id errorum & falsum & novum dicitur, quod in Virgilio & aliis absque incommodo fertur? Putamus itaque summo jure juxta Mythologiam Graecorum scripsisse Pindarum, Argonautas ad mare rubrum pertigisse: at non intelligimus id quod proprio nomine mare rubrum dictum est, illud sc. quod Indiam Perumque & Arabiae litora alluit, sed Atlanticum, Hesperium, extra fretum Herculeum, quod ex opinione veterum solem occidentem recipiebat. Leve est, quod video mihi obijci posse in explicatione verborum Pindari, si Ἐρὸς Πόντος mare Atlanticum fuerit, bis eam dixisse Poëtam, quia Ωκεανὸς πελάγη nullo ante memorat, per quae sine dubio Atlanticum Oceanum intelligit, & distinguendum propterea videri inter Ωκεανὸν & πόντον ἔρυον. Quis enim nescit ἐν Διὶ δυοῖν facillime a Poëtis dici? Quod si quis plane non quiescat iis, quae ad interpretationem loci Pindarici attulimus, credat, per me licet, Pindarum dicere voluisse Argonautas ad Sinum Arabicum & ulterius esse delatos, sed ut per Isthmum, qui mare mediterraneum &

& Sinum Arabicum dirimit, navem Argo portaverint, uti nonnulli veterum scribunt, Nilum ingressi per aliquod ejus brachium quod olim in Sinum Arabicum influxit quidam memoriae prodiderunt, in illum Sinum pervenerint. καὶ τὰυτὰ μὲν δὴ τὰυτα.

§. XXII.

*Locus Silii
expensus.*

XXII. Dum haec de mari rubro ceormentabar, diu quoque me sollicitum habuit hunc Silius Italici versus lib. XVI. quo Gades ad litora Erythraea collocat,

*Nam repeto Herculeas Erythraea ad litora
Gades.*

Per quae litora mihi intelligenda esse videbantur litora occidua Hispaniae, quae quod ruberent tincta ultimis Solis occidentis radiis, rubra & ἐρυθραῖα dici potuisse mihi persuadebant. Quidni, ita mecum disputabam, uti magnus illud mare quod sub Zona torrida est, & litora Hispaniae a meridie alluit, rubrum & Erythraeum dictum est, ab ardore Solis cui subjacet, & hoc Hesperium mare, quod rubrum, licet appellative, Virgilius, & rubens Seneca, vocant, Pindarus ἐρυθρὸν, potuit Erythraeum dici ab Siliio? At postea dum de hoc ipso argumento confabulabar cum Joan. Corn. Pauwio, viro harum litterarum amantissimo, peritissimoque, converti animum meum ad opinionem veterum quorundam, qui ipsam insulam Gadium ἐρυθραῖαν appellabant.

runt, & Phoenices ibi & vicinis in locis ha-
 bitantes ab Erythraeis ortos credebant. Ita
 Eustathius ad Dionys. περιήγ. v. 558. ἄλλοι
 ἴσονται ἐρύθειαν εἶπεν αὐτὰ τὰ Γάδειροι τῷ Διο-
 νυσίῳ & συνιρέχοντες, οἱ δὲ νῆσόν τινα Ἐρύθειαν
 ποντοφραβεβλημένην τοῖς Γαδείροις, πορθμῷ σα-
 ρκίῳ διερχομένην. *Alii Insulam Erythiam esse
 ipsas Gades statuunt, Dionysio non dantes as-
 sumum, alii vero insulam Erythiam dicunt, ei
 adjacentem & intervallo stadii ab ea remo-
 tam.* Strabo lib. III. Ἐρύθειαν δὲ Γάδειροι
 καλεῖται ὁ Φερεκύδης ἐν ᾗ τὰ πρὸς τὸν Γη-
 γόνην μυθεύσιν. *Erythiam ipsas Gades vide-
 re appellare Pherecydes, in qua illa accidisse
 videntur quae de Geryone narrantur.* Plinius
 v. IV. c. 22. *Insula est longa III mill. pas-
 sum, mil. lata in qua prius oppidum Gadum
 fuit. Vocatur ab Ephoro & Philistide Erythra,
 Timaeo & Sileno Aphrodisias, ab Indige-
 nis, Junonis.* Solinus cap. 23. *In capite Baeti-
 cae, ubi extremus est notiorbis terminus, insula a
 continenti septingentis passibus separatur, quam
 Tyrii a rubro profecti mari Erythraeam, Poeni
 regna sua Gadir, id est, septem nominarunt.
 Plinius ibi notat libros exhibere Erythraen.
 Plinius, licet distinguat Gades ab Erythia,
 tamen ita dictam testatur, quoniam Tyrii
 origines eorum orti ab Erythraeo mari fere-
 bantur. Quod & Dionysius in περιήγ. v. 905.
 tribuit.*

Οἱ δ' αἰλὸς ἐγγὺς ἑόντες, ἐπὶ νημερίην Φοινίκες,

Τῶν δ' ἀνδρῶν γενεῆς οἱ Ἐρυθραῖοι γεγάασιν.

Alii autem qui mare accolunt, cognominantur Phoenices,

Ex illorum stirpe qui Erythraei sunt.

Quia itaque Phoenices ab Erythraeis orti credebantur, appellavit Silius ea litora, quae Phoenices suis coloniis nobilitaverant, Erythraea. Nec videtur id mutandum in Erythea, ut quidam voluerunt, aut insula quaedam Erythia vel Erythraea a Gadibus distincta statui.

Nulla in hoc tractu insula, exceptis Gadibus vel nunc vel olim fuit, scribit Vossius ad Melam, pag. 250. Ego quoque non capio,

Ἐρυθραία fuerit sita inter Hispaniam & Gades, ut scribunt, ubi ea esse potuerit, non enim ibi ullum est spatium conveniens: tam arcte conjunguntur Gades litoribus Hispaniae. Vel dicendum est Gades veteres mari obrutas lateres & insulam, quam nos Gaditanam vocamus esse veram Erytheam: quo & haec Straboni nos ducunt lib. III. Ἐόικασι οἱ παλαιοὶ καλεῖν τὰ Γάδειρα ἢ τὰς πρὸς αὐτὴν νήσους ἐρυθραίας.

Videntur veteres appellasse Gades & adjacentes insulas Erythiam. Et p. 252. notat Insulam Gadum dictam Erythraeam a colore, quod rubeat, & praesertim ad sita utrinque litora & tota illa ora collibus e rubrica & minio sita.

conspicua. Quare etiam suspicari quis possit a rubro colore ea litora a Silio Erythraea esse dicta, siquidem Poëtae licuit vocem *Erythraei* pro *rubro* usurpare.

XXIII. Quae cum ita se habeant, puto §. XXIII.
 evidens esse nomen maris Rubri non esse pro- *Ufusharum*
 prium Sinui Arabico, sed convenire vasto illi *observatio-*
 Oceano qui ab extremis Indiae litoribus us- *num de*
 que ad Orientale latus Africae se extendit, *maris rubro.*
 Sinumque Arabicum & Persicum mare Ru-
 brum dici, quatenus ejus partem constituunt,
 & errare omnes illos seu scriptores, seu ora-
 tores Sacros, qui mare rubrum descripturi,
 solum describunt Arabicum Sinum, conten-
 duntque ab Edomo universum mare rubrum
 esse appellatum. Multis equidem non vide-
 bitur operae pretium haec tam accurate distin-
 guere: sed mihi sat est, laborem meum pro-
 bari ab iis, qui experti sunt quanta confu-
 sio & quam crassi errores ex neglectis istius-
 modi animadversionibus nati sint, & cum
 Judaeis fatentur, non esse vel unam in sacro
 Codice literam, a qua non res maximi mo-
 menti dependeant. Quicquid sit, vera re-
 rum vocabula perdere non oportet. Ut ex-
 mplo quodam dicta mea confirmem, volo
 attendi ad mare Jonium, cujus Sinus nunc
 Adriaticus appellatur, olim Sinus Jonius.
 Falluntur ergo illi, qui non tantum Sinum

Adriaticum totum pro mari Jonio habent, quum Sinus tantum maris Jonii fuerit; sed & isti, qui partem exiguam maris Jonii, quae litora Graeciae alluit, mare Jonium appellant, uti Laurenbergius in mappa Graeciae Jonium pelagus solummodo id vocat, quod Acarnaniam alluit, & inter gradum *latitud.* 38 & 39 est: quasi ulterius se non extenderet. At haec proprie maris Jonici pars est. Atque ita fere Blancardus, & alii nonnulli, qui id nomen maris Jonii parti cuidam fecerunt proprium, & vero mari Jonio abstulerunt. Et sic mari Jonio videmus idem contigisse quod mari rubro. Uti enim Sinui Arabico nunc proprie nomen maris rubri datur, & vasto illi mari rubro, quod Indiae Persiae & Arabiae meridionalia litora alluit, negatur; ita quoque mare Jonium vero nomine privatur & Sinui aut exiguae parti ejus id solum privatimque tribuitur. Nata videtur haec confusio ex eo, quod Poetae & alii scriptores qui Rhetoricos loquendi modos amant, promiscue & mare & Sinum Jonium appellaverint *aquas Jonias*. Ita Propertius de victoria Actiaca in mari Jonio *lib. iv. 6.*

— *Sceptra per Jonias fracta vehuntur aquas*

Et Claudianus de Sinu Jonio, in quem Athesis effundit de vi Conf. Honor.

— *inim*

— inimicaque corpora volvens,
Jonios Athesis mutavit sanguine fluctus.

At ex veterum testimoniis nihil est certius
 quam distinguendum esse Sinum Jonium i. e.
 Hadriam a mari Jonio, & τὸ Ἰόνιον πέλαγος
 esse εἰς ὃ ἐκδίδωσιν ὁ Ἀδρίας, ut verbis utar
 Ischol. Apollon. ad lib. iv. 308. quem vide.
 Sed manum de tabula.



THE HISTORY OF THE

REIGN OF CHARLES THE FIRST

BY JOHN BURNET

IN TWO VOLUMES

LONDON

Printed by J. Sturges, at the

Printers, in Pall-mall

1724

Vol. I

Part I

Chapter I

The first

of the

reign

of

Charles

III.

DISSERTATIO

DE

M O N T E

G A R I Z I M.

DISSECTATIO

MONITE

EXAMINIS



III.

DISSERTATIO

DE

M O N T E

G A R I Z I M.

II.



Omen hujus montis scribitur §. 1. *Varia*
in Sacro Codice הַר גְּרִיזִים *nomina*
montis
mons Gerizzim, Deut. xi. *Garizim.*
29. Chaldaeus Interpres habet
טורה דגרִיזִין, Hierosolymita-

mus דגרִיזִים, Graecus ὄρος Γαριζείν, & Γα-
ριζίν. Ita enim solebant Graeci terminatio-
nem pluralem efferre per ἐν & ἐν vel ἰν, &
Scheva per α, ut in Σαμῶν, Σαλωμών, &c.

Syrus ܩܪܝܝܡ, Arabs ab Erpenio editus,

کر دیزیم, a Waltono, جبل جرّیزیم,

Kerizim, mutato ک vel ج in literam ejusdem

H 5

organi

organi, ut loquuntur Grammatici. Ipsi Samaritani in Pentateucho suo, uti in literis, & in Chronico suo MS. to, sive libro Josuae, quoniam possideo, *ער גרזיזים*. Nonnunquam Graecis nomine ex duabus vocibus conflatur dicitur *Hargarizim*. Ita Eupolemus Ἀργαρίζον appellat, & interpretatur illud ὄρος ὑψίστη, *montem altissimi*, quum debuisset scripsisse *montem Garizim*, *הר גרזיזים*. Marinus quoque Photio laudatus *cod. 242*. ἐν ὄρει, inquit, Ἀργαρίζῳ καλεσμένῳ Διὸς ὑψίστη ἀγιώτατον ἱερὸν *in monte dicto Argarizo (Har, sive monte Garizim) Jovis altissimi Sanctissimum Templum*. Auctor etiam antiquus Itinerarii Hierosolymitani. *Civitas Neapoli. Ibi est mons Agazaren, lege, Argarizim*. Apud Malalam quoque in Chronico, ubi agit de strage Samaritanorum, sub imperio Justiniani, quum viginti millia eorum ceciderunt, male nomen hoc legebatur, ἔφυγον εἰς τὸ ὄρος τὸ λεγόμενον Ἀργαρίζιν, *fugerunt in montem Arparizin*. Nec aliter quam conjunctim in Pentateucho suo & in literis ad Cl. Ludolfum aliosque Europaeos datis, appellant hunc montem *הר גרזיזים*. Quod ideo accuratius noto, quia in indagandis istiusmodi vocum originibus, divisio debet institui, & modo una modo altera explicari: quod saepe

deo negligi. Exemplum hujus rei fit Judae
 oditoris nomen, quod in sacris literis Ἰσκα-
 ῶτης & Ἰσκαριώθ scribitur, quod Cl. Ligt-
 otus derivat, quasi una vox foret, ab
 אִשְׁקָרִיָּה, quod & sono & significatione *Scor-*
um exprimit. Quum tamen nihil videatur
 probabilius, quam πὸ Ἰσκαριώθ esse confla-
 tum ex אִשְׁ *Vir*, & קָרְיֹה, קַרְיָה, quod
 nomen urbis est ex sacro Codice notae. Un-
 de una vox facta est e duabus, uti in βαρ-
 λομαῖθ, βοανέρες, βηθσαῖδα, καπερναῦμ,
 κελδεμα & similibus. Notissimus est hic lo-
 quendi modus אִשְׁ קָרְיֹה. *Vir e Karioth*, sc.
 triundus, vel eminens inter incolas illius ci-
 vitatis. Sic Antigonus, qui Legem oralem a
 Simeone Justo accepit, dictus est אִשְׁ סוֹכֹה
Vir e Soco, id est, Sochaeus. Sic & inter
 doctores Misnicos sunt, אִשְׁ בִּרְתוֹתָא *Barto-*
ensis, אִשְׁ כְּפַר חֲנַנְיָה *Vir e pago Cana-*
nia, &c. Atque ita dictus est Judas Isca-
 rioth, id est, *Cariotensis*. Quod non parum
 firmatur testimonio Bezae, qui scribit in vetu-
 tissimo Codice suo manu exarato ubique apud
 Joannem legi ἀπὸ Καριώθ, *ex Carioth*, pro
 vulgata Lectione Ἰσκαριώθ: quae varia lectio
 quotata non est inter illas, quas aut Curcel-
 laeus aut Angli ex plus centum Codicibus col-
 legerunt. Vidit quoque Cl. Bartoloccius in
 Eruditissimo volumine, *Bibliotheca Rabbinica*,
 part.

part. 3. pag. 23. (cujus novam editionem agressus tuit Amstelodami meo consilio & ductu S. Petzoldus, sed quum folia quaedam typis jam essent excusa, obitu suo filum operis arripuit: quod ideo moneo quia in praefat. Amlectorum Rabbinicorum illam editionem promisi, quae an ab aliis perficienda sit, dubitavi nomen Iscarioth dividi debere in duo, & compositum esse: sed pro *Carioth*, nomine proprio loci, substituit meo judicio minus aptum קור"טא *Caryotas*, & vult יש קור"טא esse virum, qui in loco Caryotis (palmae genus est) abundante natus est, & certum esse ait Judam a valle Jerichuntina, ubi caryotarum copia erat, Iscarioten esse dictum. An non videtur genius Hebraismi pati talem expositionem, non magis quam illam, quam ibi quoque tuetur Vir Doctissimus, Antigonus dictum esse איש סוכו, quod ex loci *tabernaculis* abundante, oriundus sit, a סכות

§. II. Mons II. A Samaritanis vulgo *Mons benedictus* appellatur, & ipsi se vocant, *Montis benedicti* accolae. Quod quare ab iis fiat, nemo ignorare potest, nisi qui in rebus Samaritanis plane hospes est. Mons is cultui divino singulari ratione sacer est, & benedictionibus olim jussu Dei in eo recitatis illustris ex sententia Samaritanorum, & quem ipsae piaculares aquae in universum terrarum orbem tempore Noachi

§. II. Mons
benedictus
appellatur.

bachii effusae refugerunt, sic ut siccus renferit: qua de re plura dicemus postea. Verum, antequam hunc titulum Montis benedicti missum faciam, monendus es, Lector, Epitome Chronici Samaritanici, quam exercitationibus Antimorinianis subjunxit Cl. Hottingerus, haec legi ad c. 23. p. 112. *Josua*

في طور دريك يعرف شمرون

monte benedicto, id est, Samaritano non tantum arcem sed & templum in ejus vertice construxit. Proprie illa verba, citata ex Chronico, sonarent, in monte benedicto, qui notus est nomine Schomron, sive, id est, Schomron. Unde videretur colligi debere montem Shomron, cui Samaria urbs infidet, a Samaritanis etiam montem benedictum appellari. Sed omisit Hottingerus praecedentia, a quibus sensus pendet. Ita

وينا يوشع الملك حصن علي الجبل من شامي طور دريك

Et construxit Josua Rex (vel Princeps) arcem super montem, qui est ad sinistram latus montis benedicti, qui dicitur Schomron. Est itaque mons Schomron alius monte benedicto. Haec moneo, ne quis imprudens his verbis fallatur, non ut detraham meritis Viri Eruditissimi, qui omni opere has literas illustrare annisus est, & alibi errorem suum videtur agnovisse. Uti-

nam

nam inter Christianos multi tales existere

§. III.

Dicitur &
פלטנום
unde?

III. Mirum vero illud nomen est, quo
daei volunt montem Garizim dictum esse
antiquissimo Commentario in Genesin, Bereshith Rabba Sect. 32. & 8. 1. §. 3. sc. פלטנום
uti posteriori loco scriptum extat, quam sc
ptionem sequitur Auctor Lexici, Aruch
cti, qui fidem suam in exhibenda vera v
cum barbararum lectione saepe mihi probavi
sic ut illius scriptionem praeferre soleam vu
gatis editionibus Talmudis, Bereshith Rabba
& aliorum vetustissimorum librorum. Ide
ait hanc vocem significare *montem*, Com
mentator ad Bereshith Rabba, *montem Gar
zim*: quod ex duobus illis locis videtur lique
re, & ex aliis libris antiquis, ubi eadem hi
storia narratur, & pro eo *Neapolin Samaritan
rum* פולין של כותיים substituerunt. Unde
illa vox ducta sit, non puto hactenus quenquam
docuisse. Ego conjicio, quum Graeca vocabu
la plurima tempore Jonathanis, & Ismaelis filii
Josephi, addo & illo, quo is commentarius scri
ptus est, permixta essent sermoni Judaeorum
non incommode vocem Graece exprimi per π
λεθρὸς ναὸς, פלטנום, id est, *stercoreum delubrum*
quod in monte Garizim erat, id est, dica
tum cultui idololatrato, ut Judaei credebant.
Solent autem, falsos Deos stercoreos appellare
& stercora פלטנום Deut. 29: 17. 1 Reg. 15: 12.
&

plurimis aliis locis. Atque eo magis mihi se-
 robat haec conjectura, quod Samaritani so-
 rent eodem nomine appellare Templum Hie-
 rosolymitanum. Id liquet ex colloquio R. Jo-
 nathanis & Samaritani; quorum hic, praesta-
 nt, inquit, te precari in hoc monte Gerizim
 nam in illa **בֵּית קִרְקִרְתָּא**, id est, *aede*
arcoris, innuens Templum Hierosolymita-
 num, quo R. Jonathan proficiscebatur. Pla-
 ne sonat hoc idem quod *μαθεῖν* *ναὸς*, **פִּלְטָנוֹס**:
 inde mutuo & Judaei & Samaritani, hi Tem-
 plum Hierosolymitanum, illi Garizimiticum,
 eodem hoc nomine appellarunt.

IV. Ut & de etymo vocis Garizim ali-
 quid addam, sine dubio radix ejus, ut lo-
 quuntur Hebraei, sive vox primitiva est **גִּרִּז**,
 quod Lexica transferunt per *Excidere*, *succi-*
re, *abscindere* & hoc sensu legitur *Pf.* 31:23.
 hinc derivatum **גִּרְזִי** *securis*, quae abscissioni
 adest. Apud Arabes eandem haec vox si-
 gnificationem habet (**جرز**) & usurpatur
 de qualibet resectione vel amputatione, uti
 ciborum, tritici, &c. quo sensu Arabs transtu-
 lit **גִּרְזִי** *Gen.* 37. 7. (quo solo loco haec ra-
 dix in V. T. occurrit & quae vulgo trans-
 fertur per *ligare*) per **גִּרְזִי** *Jer.* 17:18, ut sensus
 est, *eramus metentes, sive ressecantes, manipulos.*
 Et, profecto sunt derivata vocis **גִּרְזִי**, uti
גִּרְזִי

§. IV. Ety-
 mon vocis
Garizim.

אלמנה *vidua*, &c. פ' אלמון *Hic ille*, N. I. quae melius a notione *refecandi* fluunt, quae ab illa *ligandi*. Quicquid sit, גרזן est *abscindere*, & hinc גרזים notabit *scissores*, qui amputandi munere funguntur, *messores* qui triticum *refecant*, vel, si malis vulgatam expositionem *Gen.* 37. 7. sequi, qui manipulos tritici *colligant*. Nam גרזן in participio *Participium* nihil nonnunquam agendi aeque ac patiendi notionem habet, ut docent Grammaticorum filii. Erit itaque dictus *Mons Messorum* vel *refectorum*, ob summam fertilitatem, a qua haec mons commendatur, opposita ad Ebal, qui sterilis erat. Montes autem in Palaestina plurimi, pastui pecorum licet minus apti sint triticum tamen proferunt, & alias frumentorum species, quae Eruditissimi Maundrelli, D. A. M. & membri Collegii Exeterensis observatio est, ipsa illorum locorum lustratione in edocti. De etymo montis עיבל *Ebal* & hoc monendus es, lector. Hebraeis vocem primitivam עבל non esse in usu, sed Arabibus & inter alia significare, *foliis nudare arborem* & derivatum אעבל אשף *saxa albicantia*, & montem ipsum in quo tales lapides inveniuntur quae suadere videntur vel a sterilitate vel a saxis montem illum ita fuisse appellatum. Ebal enim aridus erat, adhuc tempore R. Benjaminis, sicut *saxum* & *petra*, uti ipse testatur Ga

Garizim autem fontibus, hortis, vineis & olivetis amoenissimis instructus. Sic ut ipsa utriusque montis facies benedictionem & maledictionem in eo peragendam luculenter exprimeret.

V. In inquirendo situ montis Garizim ante omnia examinanda sunt nobis verba Epiphani; & eo quidem magis, quo majori cum fiducia certam lectori suo sententiam pollicentur. Ita ille *Haer. vii*. Τῷ βελομύῳ ἀκρωτῶς πρὸς τὴν ὄρεα Γαριζὴν ἐρδυνᾶσθαι, ἰστέον ὅτι πρὸς τὴν Ἰεριχὼν κεῖνται τὰ δύο ὄρη, τὸ τε τὸ Γαριζὴν, καὶ τὸ τὸ Γεβὰλ πέραν τὸ Ἰορδάνος πρὸς τὴν ἀνατολὴν τῆς Ἰεριχὼν, ὡς ἔχει τὸ δευτερονόμιον, καὶ Ἰησοῦς ὁ Ναυῆ ἡ βίβλος. *§. V. Situs montis Garizim. Duplex Gilgal.*

Si quis de monte Garizim explorati quidpiam habere velit, sciendum est ad Jerichuntem duos esse montes Garizim & Gebal ultra Jordanem, ad orientem Hierichuntis, uti in Deuteronomio & libro Josuae filii Naue scriptum est. Crassum tunc esse errorem multi, nec immerito, ostendere conati sunt; tum, quod mons Garizim prope Sichem collocetur *Jud. 9. 6.* tum, quod ex Josephi, aliorumque veterum, testimoniis, quae nostrorum temporum experientia confirmantur, liquido constet, in portione tribus Ephraim ad Neapolim, quae olim Sichem dicebatur, eum esse quaerendum. Unde autem natus est hic error Epiphani?

Et quae occasionem dare potuerunt Doctissimo scriptori hac ratione commentandi? Scilicet, legerat Epiphanius in Sacris literis *Deut. xi. 30.* montes Gerizim & Ebal esse גֵּרִיזִים וְעֵבָל id est, *contra Gilgalam*, ut Vulgatus Interpretes, ἐχόμενον & Γαλγὰλ, *apud Galgal*, ut LXX vel *versus Gilgal*, *e regione Gilgal*, גֵּרִיזִים וְעֵבָל ut Targumista & alii, & sibi persuaserunt nullum alium locum Gilgal esse dictum praeter eum, qui Hierichunti & Jordani proxima ita appellatus est a Josua, quod Deus circumcissione ibi peracta opprobrium Aegypti ab eo devolvisset, uti legere est *Jos. 5. 8.* At aliter erat Gilgal, versus quod mons Gerizim erectus, quod vel ipsa Mosis verba *Deut. xi. 30.* collata cum ratione temporum ostendunt. Nam Mosis loquitur de montibus, & locis, jam si tempore hoc nomine notis, *Gerizim*, *Ebal*, *Galgal*. Atqui Gilgal prope Jerichuntem post mortem demum Mosis a Josua id nomen accepit *Jos. 5. 8.* Nec est necesse ut fingamus Mosis revelatum hoc nomen fuisse a Deo, huius loco dandum post ejus obitum. Praeterea Galgal aliquod fuisse distinctum a Galgal campestribus Hierichuntis, videtur suadere distincta recensio מֶלֶךְ גֵּרִיזִים *Regis Gerizim Galgal* *Jos. 12. 23.* ubi non potest intelligi Gilgal Hierichuntinum, quod probabilitate Regi Jerichuntis paruit; nec urbs fuit, sed camp

us : certe debuisset recenferi in initio hujus
 seriei *Jos. 12. 9.* ubi Regum a Josua devicto-
 rum catalogus servato ordine temporis, & itine-
 ritum instituti incipit ab Regibus *Ferichuntis, Ai,*
 pergit memorare reges *Hierosolymae, He-*
ron, Farmoth, Lachit, Eglon. Quod si a-
 ubi idem is ordo in progressu illius seriei non
 deatur obsertus, erit vel exigua intercapedo,
 situs terrarum attendetur. Quumque Rex
Galgal penultimo loco ponatur, & jungatur
 regibus *Carmeli, & Dorae, & Cadesch, &*
Isa, locorum satis notorum, patet id Gal-
 longe aliud esse, quam Galgal, in cam-
 tribus Hierichuntis, quod primum vel sal-
 tem inter prima loca (nisi hanc enumeratio-
 nem Josuae maxime confusam & inordina-
 tam seriem velimus appellare) debuisset re-
 censer. Et si Galgal Hierichuntinum in-
 titur *Jos. 12. 23.* quid sibi vult vox addita
 גלגל Gentium? מלך גוים לגלגל, *Rex Gen-*
um Galgal. Vel hoc solum ansam suspicandi
 dedit magnis viris, per haec verba partem quan-
 tam Galilaeae innui, quae sequentibus etiam
 temporibus *Galilaea Gentium* dicta est, Γα-
 λιλαια τῶν ἔθνων, & גליל הגוים *Jes. 9. 1.*
 per illos praecipue videndus est Cl. Ligtfoo-
 in *Centuria Geographica cap. 88.* qui per
 גלגל *Jos. 12. 23.* intelligit Galilaeam, &
 infert versionem Alexandrinam, quae pro

לַגְּלַל loco citato habet Γαλιλαίας, &
 sephum, scribentem Demetrium castramet-
 tatum esse ἐν Ἀρβήλοις πόλει τῆς Γαλιλαίας
 cum verbis scriptoris libri 1 *Maccab.* ix.
 ἐπορεύθησαν οὐδὲν τὴν εἰς Γάλζαλα καὶ παρὰ
 Βαλον ἐπὶ Μεσαλῶθ τὴν ἐν Ἀρβήλοις. Qu-
 quid sit, siue per לַגְּלַל *Jos.* 12. 23. deb-
 mus ipsam Galilaeam intelligere, vel partem
 ejus, vel civitatem; id certum videtur illud C-
 gal diversum esse a Gilgal prope Jordanem,
 vicinum esse regioni, in qua Dora, Cade-
 Tirsa; & regem Gilgalis inter ultimos fuisse
 Josua devictos. Quare si consideremus locum
 ubi Moses verba pronunciavit relata *Deut.*
 30. sc. cis Jordanem, in campestribus Mo-
 rectissime describi montem Gerizim, 71
prope, vel e regione, vel *versus*, quod ma-
 probo, *Gilgal*, apparebit. Id enim inspec-
 mappae Geographicae clarissime docet.
 num addam, quod ad sententiam illam, quod
 Gilgal *Jos.* 12. pro Galilaea habet, illustra-
 dam facit, scilicet Samaritanos in Chroni-
 suo M.S.to siue Libro Josuae, (de quo
 alias, Deo volente, fusius agemus) Gi-
 illud Hierichuntinum גַּלְגַּל גַּלִּיל *G*
 appellare *cap.* 16. eodem sc. nomine, quo C-
 lilaea passim apud Arabes, & Interpretes
 Novi Testamenti, dici solet. Quod vide-
 docere Galilaeae nomen olim idem fuisse c-

גלגל *Gilgal*, & postea mutatum in גליל *Galil*. Quae duo *Gilgal* quum non distinxerunt Epiphanius, lapsus est in errorem, & eundem alios induxit. Eusebius enim lib. de locis Hebraicis, Interprete Hieronymo, ita scribit: *Errant igitur Samaritani qui juxta Neapolin Garizin & Ebal montes ostendere volunt, quam ipsos juxta Gilgal esse Scriptura testetur. At profecto non errant illi, sed certissima proferunt.*

VI. Quum itaque probatum dederimus simplicem locum *Gilgal* esse dictum, non videtur necesse statuere cum Gerardo Mercatore montem *Garizim*, (quem ipse fatetur partim terminare urbi *Sichem*, motus auctoritate iud. 9.) fuisse tractum montium, qui a *Sichem* protendat ad *Gilgal* illud quod prope *Jordanem* est. Quod ideo tantum exisse videtur Vir doctus, ut explicaret illud *Deuteron. xi: 30.* *Garazim* esse גרזימ *pro-* vel *versus Gilgal*, non aliud *Gilgal* esse aliud, quam quod in Campis *Jerichuntinis* est. Nec enim tuetur hanc opinionem ulla auctoritate, quin e contrario certum est tale dorsum montium non protendi a *Sichemo* ad *Jordanem*, sed *Gerizim* esse montem unicum paratim, adversum *Hebali* & valle intermedia distinctum. Quod si & *Ebal* & *Garizim* tam protenderentur, nullum certum locum

§. VI. *Garizim* mons
unus non
tractus
montium.

designasset Moses, unde benedictiones maledictionesque pronunciarentur, sed vagum lum & indeterminatum, qui aeque ad Jordann quam in locis mediterraneis Palaestinae capi posset. At disertis adeo verbis circumscribit hos montes Divinus Scriptor, eosque locat **אֶל אֲרוֹנֵי מוֹרָה** *prope quercus Moreh* ut dubitari non possit, quin singularis montis locus vicinus urbi Sichem innuatur, **אֲרוֹן מוֹרָה** est prope Sichem. *Gen. 12.* Quasi a Gilgal Hierichuntino protenderentur montes per vastissima terrarum spatia usque ad Sichem vel quercus Moreh non videntur montes illi describi posse, quasi tantum in loco prope quercus Moreh, siti essent, uti Moses ait: *An non illi montes siti sunt trans Jordanem, post viam quae ducit ad occasum, & prope quercus Moreh?* Quorsum locat ille montes prope quercus Moreh, si non ibi, prope Gilgal Hierichuntinum, illae benedictiones & maledictiones debuerunt recitari, Mercator putat? Quorsum illa descriptio, quae videtur magis obscurare verum locum peragendarum ceremoniarum quem innuere vult Moses, quam indicare? Idem hoc mihi videtur ac si dicam: si Roma velis Anconam perficisci, transeundus est Mons Apenninus. non iste mons situs est in regno Neapolitano & propinquus sinui Tarentino? Hoc eni-

nosse nil facit ad situm indicandum montis, quem aliquis Roma Anconam tendens, transire debet. Sic etiam, licet Gerizim ab Gilgal Jerichuntino ad Sichem protenderetur, quia tamen ex hypothefi Mercatoris, caerimoniae a Mose praescriptae & ibi agenda, prope Gilgal Hierichuntinum peragi debebant, non poterant scire, ubi is locus esset ex tali descriptione: non sunt . . . prope quercum Moreh? unde longissime distabat verus locus peragendarum caerimoniarum juxta viri docti opinionem. Nam adeo debuissent Hebraei colligere prope quercum More haec vota & diras recitari debere, (quod vir doctus negat) quia praecipiuntur illa peragenda in montibus, qui, ut noti fiant Hebraeis, dicuntur esse apud quercus Moreh, id est, prope Sichem. Sed huic rei non immorabor diutius, quum falsae illi hypothefi innotatur, unum modo locum in sacris Gilgal esse dictum, & hinc visa sit maxima difficultas Mercatori, eundem montem prope quercus Moreh, & Gilgal, loca maxime dissita collocare, quam amoliri posse non videbatur, nisi statueret tractum montium intelligi, & eos esse extensionis terminos. Verum, quod periculumque fieri solet, dum haec sibi persuadere conatus est Mercator, alia quoque conquisivit hujus sententiae suae firmamenta, uti, modum mox post captam urbem Ai, hae caerimoniae

moniae in monte Gerizim & Ebal fuerint actae (quod tamen non liquet, nec ex serie qua res recensentur doceri potest, quia saepe temporum ordo invertitur) quodque lapides ex Jordane usque ad Ebal deferri non potuerint, quasi certum sit eosdem illos fuisse qui Galgalis & qui in Ebal fuere collocati. Quae sigillatim examinare non constitui, quum Vir Eruditissimus Andreas Mafius id abunde praestiterit in Commentario ad Josuam, *cap. viii* 30.

§. VII.
Urbs Sichem illi
monti ad-
jacet.

VII. Accuratus vero situs montis Gerizim intelligitur ex eo quod urbs שכם, *Sichem*, ei vel insita vel adsita fuerit, uti apparet, ut *Jud. 9: 7*. Erat autem urbs Sichem in portione tribus Ephraim *Jos. 20: 7*. Monti ipsi illam insedisse quidam opinati sunt, quod illa urbs frequenter in Sacris literis appellatur *Sichem in monte Ephraim*: verum ego existimo hoc loquendi modo tantum indicari sitam illam fuisse ad montem, vel in illa parte terrae, quae, quod non tot campos haberet ac ora maritima, inde הר אפרים, *mons Ephraim*, dicta est. Et notatum est ab iis, qui iter instituerunt per ea loca, regionem a mari mediterraneo usque ad Sichem, campestrem, at ulterius versus ortum, montanam & saxosam magis existere: quod observo, ne quis putet haec contraria esse textui *Deut. 11: 3*

ubi Gerizim in regione regis Cananaei, qui in campestribus habitat, locatur. Nam & ipsa regio ad occasum montis Gerizim campestris erat, ad ortum paulatim montosior, sic ut ipse mons quasi in confinio regionis montosae & campestris situs fuerit, & sub ditione Regis Cananaei, qui in locis campestribus sedem habebat. Fuit ergo adfita monti, quod & vulgatus & probabilius est, & ita quidem ut inter duos montes Gerizim & Ebal media esset, illo ad austrum, hoc ad septentrionem sito, γαριζέας μὲν τῷ ἐκ δεξιῶν κειμένους, τῷ δὲ ἐκ λαίῳ γιβάλῳ προσαγορευόμενος apud Josephum *Antiq.* IV. ult. & l. v. c. 9. qui montem Garizim imminere urbi Sichem testatur his verbis, historiam Jothanis (*Jud.* 9.) narrans, τὸ ὄρος τὸ Γαρίζειν, ὑπέρεκειται δὲ τῆς Σικίμων πόλεως. Idem in fine ejus libri Sichem sitam ad montem Garizim refert & eam Metropolim Samaritanorum eo tempore fuisse; σαμαρείται, scribit, μητρόπολιν τότε τὴν Σίκιμα ἔχοντες κειμένην πρὸς τῷ γαρίζιν ὄρει.

VIII. Facile ex iis, quae notavimus, colliget Lector meus, unde Sichem appellata fuerit in Nummis ΜΟΡΘΙΑ, ubi ita legitur ΦΛ. ΝΕΑ. ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ΜΟΡΘΙΑ. id est, FLAVIA NOVA (ita enim postea vocata fuit, uti ex Nummis antiquis, quos plurimos recenset Cl. Harduinus in

§. VIII.

Sichem
unde discatur Mor-
thia &
Mamortba.

Numm. antiq. populor. & urb. illustr. p.
 340. & *seqq.* & Cl. Vaillant in *Numm. C.*
loniar. p. 150. & seqq. & aliunde liquet,
 in Chronico Samaritano *نابلس* *Nabolo*
 quod nomen hodieque retinet, & vulgo *Ni-*
ploufa effertur) METROPOLIS MOR-
 THIA. In Plinio id nomen legitur *Ma-*
mortha, in Josepho *Μαρθα*. Sed quum
 nummi minus obnoxii sint corruptioni quam
 codices, illos sequimur, & ΜΟΡΘΙΑ le-
 gendum arbitramur. Cl. Cellarius, vir docti-
 simus & amicus noster singularis, in *Col-*
lect. histor. Samar. p. 11. illud *מרתא* sive
מרתא *Dominam* notare conjicit, quod esse
 civitas princeps & dominatrix illius regionis
 At nos credimus esse illud nomen *מורה*
Moreh, quod Graeca terminatione addita vi-
 aliter scribi poterat quam *Μόρθια*. Nam *ה*
 adspiratio, nequit a Graecis in media voce
 collocari, ideoque litera ex *T* & *H* compo-
 sita ejus loco substituitur, velut in voce
ΜΙΘΡΑ, quae a Persis scribitur *مهر* *Mibr-*
 ubi *φ*, *ה*, eodem modo in *Θ* mutatur
 est. Adde quod ipsi Hebraei pro *He* soleant
Thau uti, quum illa quiescens in medio vo-
 cis deberet legi, quod vel tyrones in lingua
 Hebraea norunt. Esse autem nomen *Mo-*
reh

reb olim datum urbi Sichem constat ex Codice Talmudico *Sota*, ubi R. Eliezer ben Jose quamvis fateatur Elon Moreh esse Sichem, eos male addidisse ait vocem סִיחֶם *Sichem* fini versus 30 *Cap. xi. Deuteron.* post מֹרֶה. Quod si ipsa urbs Sichem non fuerit Moreh, aut Elon Moreh, certe hae, sive quercus sive planities, fuerunt urbi Sichem proximae, quod nemo, opinor, negabit, qui illos textus, in quibus mentio fit horum locorum, examinavit. Ipsi certe Samaritani textui *Deut. xi. 30* post ultimas voces, *juxta Elon Moreh*, addiderunt, sed ex suo ingenio מִן הַיַּעַר לְפָנֵי סִיחֶם *prope Sichem*. Si porro aliquis me roget, quid censeam de nominibus *Mamortha*, *Mabbartha*, quae a Plinio & Josepho urbi Sichem dantur, modo constet vere illos ita scripsisse, nec irrepsisse per errorem librariorum, crederem quosdam confudisse *Moreh*, cum *Mamre*. Uterque locus legitur cum voce *Elon* vel *Elone*, uterque ab Abrahamo inhabitatus, & in terra Israelitica situs; unde forte unum pro alio acceperunt. Quod ne quis factum miretur, sciat in versione Syriaca, ubi textus Hebraeus habet *Moreh* מֹרֶה *Gen. 12: 6.* & *Deut. 11: 30.* legi מִמְרֵה *Mamre*. Inde, quemadmodum ex *Moreh*, Μορθια, sic geminata prima litera *Mem*, Μαμορθια: & μ in β mutato ut in βύρμηξ, μύρμηξ &c. Μα-
Βαγ-

Βαβυλῶν vel Μαββοβυλῶν. Arabica etiam versio a Cl. Waltonio inserta Bibliis Polyglottis Anglicanis, pro מורה habet ممرى *Mamri* at altera, quae ab Erpenio est edita, servat Hebraicum מורה : Tertia sed inedita versio Arabica (quam juxta versionem Lxx interpretum transtulit in linguam Arabicam Harith Ibn Sî nân, uti in exemplari meo legitur) habet hic pro ماله مורה, *excelsa*, Graecos secuta, qui transtulerunt ὑψηλόν, quasi legissent רומה vel מרום. Quarta versio, quae auctorem habet celebrem R. Saadium Gaon (quam aliqui crediderunt esse eandem cum Arabica versione Polyglottorum Parisiensium, quos in Analectis suis jure confutavit Cl. Hottingerus p. 98.) cujus ego solam Genesin manuscriptam possideo, at quae typis Hebraeis dudum edita est, habet ممرى *Planimitiem Mamre*. Sic ut Syriaca & duae Arabicae versiones, pro מורה habeant *Mamre* : & scholia vetera, versioni Graecae addi solita similiter Μαμβοβυλῶν. Unde vox Μαμβοβυλῶν videtur duxisse originem.

§. IX. *Sichem* quare vocetur *Sichem*

IX. Unde autem urbs Sichem dicta fuerit *Sichar*, in Novi Testamenti tabulis, variae

riae sunt conjecturae. Legitur ea vox *Joh. char Joh.*
 IV: 5. ἐρχεται εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας, λε-^{IV: 5.}
 γομένην Σιχαρ, venit autem (Jesús) in ur-
 bem Samariae quae dicebatur Sichar. Intel-
 ligi autem Sichem patet, quod situs ejus de-
 terminetur ibidem, πλησίον τῆς χωρὶς ὃ ἔδω-
 κεν Ἰακώβ Ἰωσήφ τῷ υἱῷ αὐτοῦ, prope praedium
 quod Jacob dedit Josepho filio suo. Ego exi-
 stimo dictam esse urbem illam, quam pro ido-
 lolatrica habebant, a Judaeis (nam non sine
 emphasi textus facer habet λεγομένην, quae
 ita appellabatur tunc temporis & vulgo nota
 erat) שֶׁכַּר Schecar, cujus primam literam cum
 puncto, Sche, deflexerunt in Si, uti in vero
 nomine שֶׁכֶּם Schecem, Σιχήμ. Atque ita
 Σιχαρ שֶׁכַּר notabit mendacium, falsum,
 quod vel de toto cultu Samaritico, qui in
 illa metropoli vigeat, vel de idolis, quo-
 rum cultum objiciebant Judaei Samaritanis
 potest intelligi. Sunt enim idola, שֶׁכַּר,
 mendacium, אֵין לֵאלֹהִים, nihil. Elegans est lo-
 cus, ad quem respexisse Judaeos quum hanc
 urbem ita appellarent certo mihi persuadeo,
 (an persuasurus sim lectori meo, nescio) *Ha-*
bacuc. 11: 18. ubi idolum sculptum appel-
 latur מוֹרֵה שֶׁכַּר, Moreh Schaker, Doctor
 mendacii: versio Graeca habet φαντασίαν
 ψευδῆ. Latere itaque videtur in voci שֶׁכַּר
 Σιχαρ (uti tunc temporis loquebantur, & in
 Chal-

Chaldaica ejus loci Paraphrasi est) & subintellecta fuit a Judaeis vox addita a Prophetâ, מוֹרֶה, *Moreh*, quod ipsum etiam nomen urbi suae Sichem dabant Samaritani, & fatebantur Judaei *Moreh* esse nomen Sichem in *Sota*, de quo in sequentibus agemus. Quum ergo urbem illam Judaei Σιχαῖς appellarent, *vanitatem*, *mendacium*, falsi cultus eam arguerunt, & tacite voluerunt inuere id respici debere, quod erat, ut loquuntur, אֵל אֲלֻלָּתוֹ *alulus ejus*, sc. *Moreh*, & *Moreh* nomen loci adeo ipsis amati revera esse *Moreh Sichar doctorem mendacii*. Similem malignam allusionem ad vocem *Moreh* ex lingua Graeca petitam videor mihi detexisse in verbis *Sapientiae Jeshu Sirach cap. 50: 28.* ubi haec verba. Ὁ κατήμενος ἐν ὄρει Σαμαρείας, Φυλιστεῖμ, ἢ ἐλαὸς μωρὸς ὁ καλοικῶν ἐν Σικίμοις. *Qui insident monti Samariae, Philistaei, & populus stultus, μωρὸς (NB.) qui habitat in Sichem.* Nec enim videtur esse ratio, cur illos, qui montem Samariae incolebant, & Philistaeos, minus stultos diceret, quam Sichemitas. Sed alludere voluit ad nomen *Moreh*, uti ego quidem existimo. Solent ita Judaei nomina & locorum & rerum ipsis odiolarum, aut deflectere in sensum malignum, aut paulum corrumpere, quod Christiani in *Evangelii*, & sanctissimo *Jesu*, Sospitatoris nostri, nomine,

mine, quod ipsis angelis venerandum est, at
his canibus neutiquam, jam olim experti
sunt. Et Samaritani vicissim nunc Hieroso-
lymam non appellant, בית מקדש, *aedem*
sanctam, vel بیت المقدس, quod idem
est, uti in Chronico suo M S. to & Mo-
ammedani vulgo, illam nominant, sed
mutatis duabus literis בית מכתש, *domum*
lagae, id est, everfam, quo signum hoc esse
Divinae irae innuunt.

X. Inquiramus & de alio nomine urbis §. X. Nam
Sichem. Si Eusebio credimus, dicta fuit olim *Sichem*
Salem. Ita ille in *lib. de loc. Hebr.* quem La- *etiam*
tine vertit Hieronymus. Συχήμ, ἢ ἡ Σίκιμα *dicta fue-*
rit Salem.
ἢ Σαλήμ, πόλις Ιακώβ, νῦν ἔρημος. Δείκ-
νται δὲ νῦν τὸ πᾶν ἐν περὶ αἰσίοις Νέας πόλεως.
Sichem, Sicima, quae & Salem, urbs Jaco-
bi, nunc desertum. Locus autem ostenditur in
suburbiis Neapolis. At, quo minus hoc cre-
dam, facit, quod soli illi hoc scribant, quo-
rum testimonium tanti non est, ut eo solo
siti liceat, & quod Sichem & Salem mani-
festo distinguantur, ut loca diversa *Joh. 3.* &
Joh. 4. At subodoratus sum, unde nostri
hanc sententiam hauserint, sc. ex *Gen. 33: 18.*
ubi haec verba וַיָּבֹא יַעֲקֹב שָׁלֵם עַר שָׁכֵם
Et venit Jacob incolumis ad urbem Sichem,
quidam transferunt; & venit Jacob ad Sa-
lem,

lem, urbem Sichem. Sed nulla est ratio, & fingamus $\square\gamma\psi$, quum sit vox appellativa, usitata, esse propriam loci, ideoque etiam Judaeorum Paraphrases Chaldaicae, & ipsi Samaritani, qui optime id nosse poterant, si nomen proprium urbis suae fuisset, hoc transferunt per *salvus, in pace.* At versio Graeca, quam Patres plerumque sequebantur, habet, $\kappa\iota\ \eta\lambda\theta\epsilon\ \text{Iακώβ} \epsilon\iota\varsigma\ \Sigma\alpha\lambda\eta\mu\ \pi\acute{o}\lambda\iota\upsilon\ \Sigma\iota\kappa\iota\mu\omega$ & vulgata Latina, *Transivitque in Salem urbem Sicimorum.* Hinc natus error, quasi ipsi Sichem Salem diceretur. Porro quam bene id, quod de Salem narratur (*Joh. 3: 23*) (nam eam innui ibidem putant sententia hujus patroni) convenit nostrae Sichem. Quia ibi erant aquae multae Johannes ibi baptizabat. At urbs Sichem adeo abundabat aquis, ut mulier debuerit aquam petere extra urbem ex puteo, quam biberet: narranda mihi, inquit, *aquam istam, ne sitiam et huc veniam haustum Joh. 4: 15.* Adde, quod non videatur locus baptismo Johannis nobilitatus in medio regionis Samariticae quaerendus, sed in Judaea potius, vel Galilaea.

§ XI. Num
Sichem sit
eadem urbs
cum Se-
baste.

XI. Sunt qui existiment Sichem, quae Naplousa hodie audit, eandem esse urbem cum Sebaste, quae mira confusio est. Noller id excidisse calamo Viri Eruditissimi, & c. literis Orientalibus optime meriti, D'Her-
be

belotii, qui in *Bibliotheca Orientali* haec habet
 pag. 753. *Hyrcaan Roy & Pontife des Juifs rui-*
naentierement Samarie sous le regne de Ptolomee,
dit Evergetes: mais elle fut rebatie par Herode
qui luy donna le nom de Neapolis & Sebeste.
C'est celle que les Arabes appellent aujourd'hui
Nabulos, & que nous nommons ordinairement
Naplouse. At alia est urbs Samaria, quae a mon-
 te Schomron ita dicta est, cui inaedificata est ab
 Omri, qui montem illum a Schemer emit, 1 Reg.
 16: 26. & postea Sebeste dicta; hodie Sebastia;
 alia est Neapolis, sita inter montem Gerizim
 & Ebal, uti ex Plinio, Josepho, Ptolomaeo,
 versionibus Bibliorum antiquis, & Nummis
 plurimis, quorum illi Σεβαστήνων, hi Νέας πο-
 λέως praeferunt, demonstrarem, nisi putarem
 ea quovis examinante veterum scriptorum testi-
 monia id posse fieri. Utique certum est Si-
 chem & Samariam urbes olim fuisse distin-
 ctas. Illius jam fit mentio Gen. 34. 18. haec
 eodem condita est ab Omri. 1 Reg, 16. Na-
 plousa & Sebastia hodie sunt etiam urbes di-
 stinctae. Id omnia Itineraria & descriptiones
 chorographicae confirmant. Atqui Sichem est
 Naplousa, uti patet ex testimonio veterum &
 Nummis, & Sebastia est Samaria, quod Strabo
 Josephus, Hieronymus, Procopius, & alii con-
 stanter tradunt. Ergo Naplousa vel Neapo-
 lis non est eadem cum Samaria. At confusio

mihi videtur nata ex eo, quod utraque & Sichem & Samaria metropoles aliquando Samariticae regionis, & vicinae sibi fuerint. Notetur itaque error, quem & Stephanus in Ἐθνικοῖς erravisse videtur, e quo ipsius epitomator haec exhibet: Σάμαρεια πόλις Ἰσθαίας ἢ μετονομασθεῖσα Νεάπολις. *Samaria, urbs Judaeae, postea dicta Neapolis.* Quem plures elapso saeculo secuti sunt.

§. XII. De
altitudine
montis Ge-
rizim.

XII. De altitudine hujus montis scriptum reliquit Josephus *Antiq. lib. xi. c. 8.* illum vicinorum montium esse altissimum, ὃ, inquit, καὶ ἄλλων ὄρων ἐστὶν ὑψηλότατον. Nec enim illud ἄλλων omnes totius universi montes designare videtur. Ceterum hujus montis insignis eminentia forte fabulae occasionem dedit, non fuisse illum immersum aquis diluvii. Ita narratur in *Bereschith Rabba, Parascha 32. §. 16* ad haec verba Sacri Codicis. *Et aquae creverunt valde super terram, &c.* רבי יונתן שלק למצליה בירושלים עבר בהרין פלטאנום (in margine הר גריזים) וחמתיה חר שמרי אמר ליה להיכן את אזיל אמר ליה למיסה למצלי בירושלים אמר ליה לא שב לך למצלי בהרין טורא בריכא ולא בההיא ביתא קלקלתא אמר ליה למה הוא בריך אמר לך ולא טף במוי דמבולא Rabbi Jonathan (Cl. Ligtfootus videtur legisse Jochanan, in *Hor. Hebr. ad Euang. Joan. iv. 20.*)

pro-

profectus Hierosolymam transiit istum Peltanum
(montem Gerizim) quod videns aliquis Sama-
ritanorum, quo tendis? ait: precatum, inquit,
Hierosolymas. At alter, melius esset tibi orare
hoc monte benedicto, quam in ista domo ster-
coraria. Cur, autem, rogavit hic; mons ille be-
dictus est? quia, respondit alter, non fuit sub-
mersus aquis diluvii. Quod si verum sit hanc
fuisse opinionem omnium Samaritanorum, non
est quod Judaei haec aegre ferant, inter quos
etiam antiquitus fuere, qui putarunt terram
israeliticam plane intactam ab aquis diluvii,
quia illa erat terra Sancta. At plane contra-
rium nos docent verba Mosis Gen. 7. 19.

XIII. Columbae imaginem coluisse Sama- §. XIII. De
ritanos, huic monti impositam, Judaei & nunc Columbae
olim tradiderunt, quorum testimonia mul- imagine,
collegit Eruditissimus Bochartus in Hiero- monti Ga-
zic. ubi de Columbis agit. Verum, uti ego rizim im-
posita.
Judaeis fidem habendam censeo in omnibus
historiis quas de se narrant, modo nec rei
veritatis nec certissimis aliarum gentium, quae
adversus testimoniis adversae sint, ita parum
fidei, quum de Samaritanis, gente adeo
hostis & inimica loquuntur. Attamen non
potui voluisse eos tam grave crimen iis objice-
re, quod nullam haberet veri speciem. Un-
disquisitum est a viris doctis, quae res an-
im dare potuerit huic gravi accusationi. Sunt

qui arbitrentur, Samaritanos effigiem columbae, tanquam signum Assyriorum, quos nerabantur, in monte Garizim erexisse, hinc natam fabulam: vel ipsos Assyrios signum domini, id fecisse, uti Romanorum signum aquila monti Sioni, & majori portae templi Hierosolymitanae imposita fuit, mox detracta. Pari enim voluisse illam columbae effigiem Samaritanos, fidem facit eorum ingenium, quod se facile ad nutum dominorum suorum componebat, sic ut se fratres Judaeorum dicerent, quum res iis prosperae essent, Sidonios autem & Judaeis inimicos quum reges Syriae praevalerent. Ego tamen nihil in ipso Samaritanorum Chronico de columbae cultu, sed, quod occasionem dedit huic narrationi Judaicae potuit, scilicet *barrabam* *بَار بَر* filium primogenitum *Methanaelis*, filii *Acbonis*, Pontificis Maximi, *effregisse avem aeneam* (Nota bis alibi in Chronico columbam, quae literas Josuae ferebat ad *Nebichum*, Regem 2. tribuum & mediae trans *Jordanem*, & ad *Eleazarem* P. simpliciter *طير* *avem* appellari, sic ut inspicari liceat hic quoque columbam, avem in *Palaestina* frequentissimam, intelligi *الطير النحاس* quae monti erat imposita

a Romanis) ut arcerentur Samaritani ab eius adscensu. Ita legitur cap. 48. pag. 248. Et cap. 49. pag. 252. illam avem appellant *Tilsem*, i. e. *Telefma*, & arcebant eos ab adscensu montis per *Telefma*, quod in eius vertice confecerant. Et multo accuratius, ultimo Capite 50. pag. 253. illius exemplaris, quod Samaritani ab ipso monte Garizim ad Illustr. Scaligerum miserunt, unde meus Codex descriptus est; ubi haec verba, quae Latine tantum dabo. *Prohibuerunt Samaritanos ab adscensu montis, ita ut, qui ascendere auderet, certo certius occidendus esset, feceruntque Romani in vertice montis Telefma, sive avem aeneam, quae juxta cursum solis se converteret. Si quis autem Samaritanus adscenderet, clamabat, Hebraeus, unde Romani ceriores facti Samaritanum in monte esse accurrentes eum interficiebant. Nec potuerunt ex hac calamitate emergere, nisi quum ortus est Babarraba.* Et quidni verum hoc esse partim potuit, quum non istis solum temporibus, sed & ante & post, consuetudo istius modi *Τελέσματα* faciendi apud Romanos & alias gentes, praecipue Asiaticas, locum habuerit? Ita Apollonius Tyaneus, qui imperante Domitiano floruit, Byzantii telefma fecit contra ciconias, Antiochiae in Syria adversus scorpiones, quos nullo scorpione aeneo & sub terra recondito,

columnaque superposita fugasse dicitur. M
 postea defuerunt, quos inter Vir Doctissim
 Jac. Gaffarellus in libro, cui titulum ded
Curiositez inouies sur la sculpture Talismanie
des Persans, quemque retractare postea debu
 qui miram vim Telestmatum, & imaginum
 certo coeli & astrorum situ, quorum rad
 aëri nostro communicatos recipiunt, comp
 sitarum agnoscunt, procul tamen a magi
 rum artium usu semoti, quum sola vi &
 fluxu astrorum, quem corpora talia conservant
 id fieri arbitrentur. Legere illic est, Co
 stantinopoli erectum in Hippodromo ol
 fuisse τέλεσμα Serpentis aenei, cujus p
 quaedam postquam confracta esset eo qu
 Mohammed II ea urbe potiebatur, ex eo tem
 pore maximam Serpentum copiam coepisse in
 festare Constantinopolin; Emessae in saxo tur
 figuram Scorpii extare, quae urbem a sco
 piis liberet, & si qui experimenti faciundi gr
 tia apportentur, omnes necet; & multa alia, qu
 fidem apud omnes non invenient. Quicqu
 sit, istiusmodi Columbam aeneam pro tele
 mate ibi erectam fuisse a Romanis scribunt Sa
 maritani: quod nisi Romanos auctores dico
 rent, posset quis suspicari Samaritanos ipse
 telefma columbae in eo monte posuisse ad fu
 gandas columbas, quae sanctissimum montem
 & Templum foedare poterant: ad quem n
 qui

quid impuri accederet, septo illum cinxerunt, ut in Nummis antiquis videre est. Quumque omnia animalia arcere septo possent, exceptis avibus, forte per telesma istiusmodi avis, in Palaestina frequentissimae, arcere aves conati sunt.

XIV. Faciem convertunt ad montem Garizim Samaritani, dum precantur, uti Judaei ad Templum Hierosolymitanum, Mohammedani ad Cabam Meccanam facere solerent. Ita scribit Epiphanius *Haer. 9.* Ἐἰδω-
λολατρῶσιν ἔν αἰγνοῦντες ἐκ τῶ πανταχόθεν περ-
πέχειν, πρὸς τὸ ὄρε ἐν τῷ αὐτῶς εὐχεσθαι,
ἐδῆθεν ὅτι ἡγίασαι. *Inscii ergo sinulacra (sub monte Garizim abscondita) venerantur, quum, ubicunque sunt, inter precandum faciem illi Sancto obvertunt.* Ipsi quoque in literis ad Scalligerum datis id fatentur. Quod autem addit Epiphanius, de idolis sub illo monte absconditis videtur ex historiis Samaritanis perperam intellectis petatum. Quandoquidem autem in Capite 40 Chronici Samaritani latere originem hujus fabulae arbitror lubet paulo altius in istam rem inquirere, & fontem commenti indagare. Mentio fit illic Pontificis cujusdam, nomine *عزي Ozi*, & cap. 42. traditur sub ejus Pontificatu, 360 annis post ingressum Israelitarum in Palaestinam (in

Chronico Abulfetachi habetur, 260 annis
 vasa sacra jussu & indicio Dei abscondita fuisse
 in spelunca montis Garizim, quae deinceps
 cum repetere vellet, invenire non potuerunt.
 Quae historia pluribus verbis ibi narratur. Dis-
 quiremus ergo, quis Ozi iste fuerit, & an
 in aliis quoque scriptis vestigia quaedam hu-
 jus absconsonis vasorum sacrorum indagari
 possimus. Primum quod attinet, Cl. quidem
 Hottingerus in *Enneade Dissert. pag. 30.* ita scri-
 bit. *Alius (sacerdotis) quem ultimum tem-*
pore pacato fuisse tradit, mentio fit, nomine
 عزى, Ezram velut, an Eli, nescio. Quod Ez-
 ram hic innui putet Hottingerus, sola fac-
 vocum عزى & عزير affinitas, qua-
 rum ultimâ Ozair in Alcorano *Surat. ix: 30.*
 Ezra notari creditur. Sed nomina haec sine
 dubio diversa sunt & scriptione & pronuntia-
 tione, nec sunt temere confundenda, nec
 Ezra Pontifex Maximus fuit, uti hic Ozi fuisse
 traditur, nec etiam Ezrae historia ante illam Sa-
 muclis, quae capite sequenti demum in hoc
 Chronico narratur, narrari potest. Adde
 quod Ezrae mentionem non soleant facere
 Samaritani, sine addita nota maledictionis
 uti ex literis eorum ad Ill. Scaligerum dati
 videre est. Verum non de Ezra tantum sed
 de Eli cogitat Cl. Hottingerus. At nec il-
 luc

lud congruum videtur. Aliud enim est Ozi,
 aliud Eli, & Pontificis quidem Eli mentio fit
 in hoc Chronico *Cap. 44.* post traditam hi-
 storiam τῷ Ozi, adeoque unus cum altero
 confundi non potest. Ego vero illum intelli-
 gi puto per *עזי* Ozi, qui *Ὀζις* Josepho,
Ὀζεί Eusebio in *Chronico*, *Ὀζι* Interpretibus
 Graecis V. T., & *עזי* Ozi Hebraeis dicitur,
 quique Pontifex Maximus fuit, quintus ab
 Aharone, de quo vide *1 Chronic. 6:6.* Nam
 utrumque nomen *עזי* Ozi & *עזי* idem
 est, & uterque Pontificatu functus esse tradi-
 tur, & ratio temporum convenit. Tῷ Ozi
 enim historia ante illam τῷ Eli narratur proxi-
 me, illius *cap. 42.* hujus *cap. 43.* Et *עזי*
 five Ozias aut Ozis ille, cujus Sacrae literae
 & Josephus meminerunt, successorem Eli
 habuit in Pontificatu. R. Abraham Zacuthus
 in Eruditissimo opere, *Fuchasin*, ita scribit
 בזמן שמשן מת עזי בן בוקי מזרע אלעזר
 ונתחלפה הכהונה לזרע איתמר ועלי היה
 ראשון *Tempore Samsonis* (nota συγχρονισ-
 μόν, & in Chronici nostri eodem capite *Sam-*
sonis & hujus *עזי* Ozi mentionem fie-
 ri) *diem obiit Ozias fil. Bokiae ex posteris E-*
leazaris. Tunc translatus est Pontificatus ad
Ithamaridas, quos inter primus fuit Eli. Non

aliam seriem observat Josephus *l. 5. antiq. ult.* 'Οζις, inquit, post Boki Pontificatu adeptus est, μεθ' ον Ηλις ἔσχε τὴν ιερωσύνην *post quem Eli functus est summo sacerdoti.* Meminit hujus Oziae auctor Chronici Alexandrini, meminerunt alii. Et ni vehementer fallimur idem hic est, qui ab Epiphani *haer. 55.* 'Αζίας (legendum itaque 'Οζίας) pater τῷ Ζαργῇ, avus τῷ Μωείᾳ, appellatur. Filius enim Oziae Seraia & nepos Meraia *Chron. 6: 6.* memorantur. Ex his satis liquere arbitror quis pro nostro Ozi (Οζις) haberi debeat. Ad secundum progredior abscissionem vasorum sacrorum in spelunca montis Gerizim, ab ipso, jussu Dei peractam, si Samaritanis credimus. Fateor de illo nihil simile in sacris aut profanis scriptoribus lectum memoriae meae succurrere: at insignis est in Josepho locus, qui ad rem praesentem mire facit, si a vulgari lectione parumper recedamus & pro *Mose Ozin* legamus. Quae emendatio mihi tantum non necessaria videtur, eo quod Josephus nec ex sua nec ex Samaritanorum opinione ea Mose adscribere potuerit, quae adscribit, si vulgata lectio retineatur. Judica ipse, Lector. En verba Scriptoris *Antiq. lib. xviii. cap. 5.* δ
 'Ουκ ἀπήλλακτο δὲ θορύβος ἢ τὸ Σαμαρέων ἔθνος· συσρέφει γὰρ αὐτοὺς ἀνὴρ ἐκ ὀλίγου τὸ ψεδ. δ

δὲ πθέμεν καὶ ἐφ' ἡδονῇ τὸ πληθύνειν πεχνα-
 ζων τὰ πάντα κελεύων ἐπὶ τὸ Γαριζεῖν ὄρεα
 αὐτὰ συνελθεῖν, ὃ ἀγνόητόν τε αὐτοῖς ὄρων ὑ-
 πὲρ ἡπείρου, ἰσχυρίζετο τε παρὰ γινομένοις δείξειν τὰ
 ἱερὰ σκεύη τῇ δὲ κατωρυγμένῃ, Μωυσεώς
 τῇ δὲ αὐτῶν ποιησαμένῃ κατὰ θεαν. *Interea ne
 Samaritani quidem tumultu caruerunt. Con-
 citavit enim eos impostor quidam, menda-
 cium pro nihilo ducens & omnia comminiscens
 ad plebis gratiam, jubens ut convenirent in mon-
 tem Garizim apud eam gentem Sanctissimum;
 affirmans se illic eis ostensurum sacra vasa re-
 condita, quae ibi Moses (lego Ozis) depo-
 suerit. Quid tibi videtur Lector? nonne ad
 amissim haec conveniunt cum traditione Sa-
 maritanorum in hoc Chronico, si Ozim le-
 gamus? Certe vasa sacra refossa fuisse sub mon-
 te Garizim, & ita ut inveniri non potuerint,
 quod tamen se praestitutum hic Impostor glo-
 riabatur, heic traditur: quae ipsissima sunt,
 quae in Cap. 42 hujus Chronici narrantur.
 At si Mosē legamus, ut vulgo fieri solet,
 nullus plane sensus ex hoc loco erui potest.
 Quid enim? Num Moses, qui Jordanem non
 transiit, potest dici vasa sacra sub monte Ga-
 rizim abscondisse? Certe id Josephus scri-
 bere ex sua sententia non potuit. Nec etiam
 ex opinione Samaritanorum, qui ex Penta-
 teucho satis edocti sunt Mosē cis Jordanem
 diem*

diem suum obiisse, & in hoc ipso Chronico *cap. 6.* id confirmant. At, dicet aliquis, Josephus narrat Impostorem illum hoc plebi persuasisse, quamvis contra rei fidem: verum quod non plebeji tantum sed & alii decepti fuerint ex ipsa Josephi narratione manifestum est; Equis tam impudenter mendax, & rem affirmans, cujus contrarium omnes, etiam plebeji, vel ex lectione Sacri Codicis vel auditu ne nosse poterant & debebant, tantum hominum numerum in haeresin suam congregasset nisi stipites illos omnes fuisse credamus. Si autem pro Mose Ozin legamus, nihil est quod traditionibus Samaritanorum repugnat & plana sunt omnia. Ceterum quae auctor nostri Chronici Oziae tribuit, Scriptor *lib. 2. Maccab. cap. 2. 4. & seqq.* Jeremiae adscribit Merentur singula conferri, quare, quae in *Libro 2. Maccabaeorum* leguntur, heic exhibemus. Ἦν δὲ ἐν τῇ γροφῇ ὡς τὴν σκηνὴν καὶ τὸν κιβωτὸν ἐκέλευσεν ὁ προφήτης χρηματισμὸν γενηθέντ' αὐτῷ συνακολουθεῖν. Ὡς δὲ ἐξῆλθεν εἰς τὸ ὄρη ὃ Μωϋσῆς ἀναβὰς ἐθεάσατο τὴν ἑσθλὴν κληρονομίαν. Καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰερεμίας εὗρεν οἶκον ἀνθρώπων καὶ τὴν σκηνὴν ἐκεῖ. Ἐπὶ τὴν θύραν ἐνέφραξε. Καὶ προσελθόντες πῦες τῶν συνακολουθούντων ὥστε ἐπισημῆνασθαι τὴν ὁδὸν καὶ ἐκ ἐδυνήθησαν εὐρεῖν. Ὡς δὲ Ἰερεμίας ἐγνώμετο φάμενος αὐτοῖς εἶπεν. Ὁ καὶ ἀγνώστ' ὁ πό-

π & ἔσαι ἕως ἀν συναγάγη ὁ θεὸς ἐπὶ συναγα-
 γὴν & λαὸς καὶ ἱερεὺς γένηται. *Erat in eodem*
scripto jussisse Prophetam (Jeremiam) accepto
Dei responso tabernaculum & arcam secum pro-
ficisci. Quum vero ad illum montem pervenis-
set, de quo Moses, quum eum adscendisset,
conspexerat haereditatem Dei, progressum esse
Jeremiam & invenisse domum cavernosam &
illi intulisse tabernaculum, arcam & altare suf-
icitus, & dein ostium obstruxisse: alios autem
advenientes ex numero comitum suorum, ut no-
verent viam, eam non potuisse invenire: at Je-
remiam hac recognita iis iratum dixisse, Igno-
rum fore locum illum usque ad id tempus quo
congregaturus Deus congregationem populi &
misericors esset futurus. Quis non videt pau-
cis mutatis rem eandem narrari? Substitue pro
Jeremia Ozin, pro monte Nebo, Garizim,
cetera convenient. Hebraei Scriptores de occul-
tatione vasorum sacrorum ita fere sentiunt,
Josiam Regem, edoctum ex praedictionibus
Huldae, mulieris divinae, instare Templi
Salomonici destructionem, ne res sanctae
Templo contentae praedae & ludibrio profa-
narum gentium cederent, abscondisse arcam
foederis, urnam mannae, virgam Aaronis &
oleum unctioni destinatum, in spelunca sub-
terranea, quam sub adyto fieri curaverat in
hunc usum Rex Salomo. Hoc illi colligunt

ex verbis Josiae 2 *Chron.* 35. 3. *Ponite illa in ista domo, quam aedificavit Salomo, filius Davidis, Rex Israelis.* Qui plenius hanc Judaeorum sententiam nosse cupit *Gem. Foma* cap. 5. & Interpretes Hebraeos ad locum modo citatum consulat. Pontificiorum nonnulla vasa, quibus Templum Salomonicum superbiebat latere hodie sub altari quodam Ecclesiae Lateranensis, quae Romae est, populo persuadent, ac a Tito, urbe everfa, Romanam delata esse fabulantur, quum tamen illa Templo secundo non fuisse illata satis demonstrari possit, adeoque nec a Tito inde erui potuerint. Traditiones tamen illorum legat, qui vult, apud Cl. Hottingerum *Histor. Eccles.* Tom. VII. pag. 257. Sed eruditiores inter illos & literis humanioribus imbuti eam fabulam exploferunt. Vir in monumentis Judaeorum versatissimus, Julius Bartoloccius in *Biblioth. Rabbin.* Tom. 4. pag. 156. Arcam illam, quam in Sacrario Lateranensi fideles venerantur, fatetur non esse arcam Veteris Testamenti, sed quoddam venerandum monumentum, quod antiquitas sacravit, & forte partem altaris lignei ad arcae similitudinem concavi, super quo, cum prisci summi Pontifices propter persecutiones certo loco consistere non possent, sive in cryptis, sive in coemeteriis sive in aedibus piorum, antequam pax Ecclesiae per Constantin-

antimum Imperatorem reddita fuisset, sacra
ciebant, ut pia traditio habet. Ita sentit
criptor Eruditissimus, & Marlianum reprehendit,
qui arcam foederis insculptam putat ar-
ui triumphali Titi, qui Romae adhuc visitur.

XV. Concludam hanc dissertationem fra- §. XV.
mento antiquissimi Scriptoris Theodoti in *Fragmen-*
oro de Judaeis, quod nobis Eusebius in lib. *tum Theo-*
doti de
praepar. Evang. ix. 22. conservavit, quo *monte*
um montium, Garizim, Ebal, & urbis Sichem *Garizim.*
describit.

Ἡ δ' αὖ ἐν ἀγαθήν τε καὶ αἰγινόμῳ καὶ ὑ-
δρῇ,

Οὐδὲ μὲν ἔσκεν ὁδὸς δολιχὴ πόλιν εἰσαφι-
κέσθαι

Ἀγροθεν. Οὐδέ ποτε δρυὶ λαχνηέντα πονεύσιν.

Ἐξ αὐτῆς δὲ μάλ' ἀγχι δὴ ἔρεα φαίνεται
ἐρυμνά

Ποίης τε πλήθοντα καὶ ὕλης. Τῶν δὲ μεσηγυῖ

Ἀτραπτὸς τέτμητ' ὄρεα αὐλῶπις. Ἐν δ' ἐ-
τέρωθι

Ἡ δ' ἱερὴ Σικίμων κατὰ φαίνεται, ἱερὸν αἶψυ,

Νέρεθεν ὑπὸ ῥίζῃ δεδμημένον. Ἀμφὶ δὲ πε-
χῶ

Δίσσον ὑπάρειαν, ὑπὸ δ' ἔδραμεν αἰπόθεν
ἐρεχῶ.

mae F. Vigerus ita transtulit:

Quippe haec terra ferax, tenerisque aptissi-
ma capris,

Irri-

*Irriguique soli : brevis unde excursus in
bem.*

*At nulli fessos molli lanugine saltus
Hic recreant. Tecti juncto prope vert
montes*

*Hinc gemini excipiunt, herbasque nemuse
ministrant.*

*Quos inter raro angustus discrimine callis
Rumpit iter. Parte adversa se tollit in auras
Urbs ingens Sicimum, radicem exstructa
imam :*

*Qua circum laevi consurgunt moenia saxo
Atque infra supraque urbem munimine c
gunt.*

In quibus id mirum, utrumque montem t
Ebal quam Garizim ab eo describi ut fer
lem, quum alii Ebal sterilem appellent ,
hodieque est. Observa quoque Sicima ad
dicem montis collocari & medio inter
trumque situ, quod & αὐτοψία viatorum f
mat. Sed & hoc silentio praeterire non po
sum, quum descriptionem hanc lego & ve
sionem conféro, illam mihi minus placui
versu tertio.

*At nulli fessos molli lanugine saltus
Hic recreant.*

Nam quomodo dicere posset Theodotus
nul

nullos esse arborum saltus, quum mox ὕλην
meminerit, & ipse Interpres canat :

— *— tecti juncto prope vertice montes
Hinc gemini excipiunt, herbasque nemusque
ministrant.*

Et ipsa sacra Scriptura vel in ipso loco, vel
vicino יָרֵן & הָרֵן memoret, per quas vo-
ces plerique Interpretes quercum aut arboris
speciem intelligunt? Quid? quod Theodo-
tus, ut unusquisque facile videt, hic sit in
commendanda regione Sichemitica a situ &
fertilitate, ubi non conveniret dicere, ibi nul-
las arbores esse, quae fessos umbra sua leva-
rent. Id enim ad vituperium non laudem loci
facit. Hic autem scopus ejus non est depri-
mere regionem Sichemiticam, sed dignis lau-
dibus extollere. Ego itaque hos duos versus
(non collocato puncto post ἀγροθεν, uti vul-
go fit) ita conjungendos judico:

Οὐ δὲ μὲν ἔσκειν ὁδὸς δολιχὴ πόλιν εἰσφε-
κέσθαι

Ἀγροθεν, εἰ δὲ ποτὶ δεξιὰ λαχνηέντα πονεῦσιν.

Ut sensus sit non longam esse viam ut aliquis
ex pascuis vel urbem intret vel nemus: u-
trumque prope esse, quod ad regionis hu-
jus commendationem facit, & elegantiam
repetitae particulae εἰ δὲ docet. Pro πότι, le-

162 DISSERT. III. DE MONTE GAR.
gendum videtur $\pi\pi'$, qua particula eodem se-
su utitur Homerus *Odyss.* ξ.

Ἄλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἐνὸς μείσθαι $\pi\pi'$ πόλιν, αἶψα
δὲ τεῖχος.

*Quando vero ivimus ad urbem & altum
murum.*

Ceterum de Templo, quod in hoc monte
exstructum fuit, nunc nil dicemus, quod
id peculiarem Dissertationem postulet.



IV. DI

I V.

DISSERTATIO

D E

D P H I R.



I V.

DISSERTATIO

D E

O P H I R.



T aliquid certi statuatur de §. I. Pri-
situ regionis Ophir, existi- mum *negi-*
mo observanda esse indicia *της*
vel *negiτης* quaedam, e qui- *terrae O-*
bus agnosci possit; vel con- *phir.*
ditiones aliquot, quae necessario ad eam de-
legendam requiruntur, & quas tum Sacer
Codex tum ipsa ratio nobis proponunt. Hy-
potheses & sententias, quae iis non satisfaciunt,
vero abire, quae contra se habet, veram
ut verae proximam esse, judico. Sunt autem
haec requisita, quae sequuntur. 1. Terra
Ophir debet esse talis regio, quae abundat
opia auri, argenti, eboris, simiarum & pa-
ponum, vel psittacorum. Ita legitur 2 *Chron.*
21. *Semel ternis annis veniebant naves*

Tarsis afferentes aurum, argentum, ebur, mias & pavones. Quod conferri debet cum 1 Reg. 9: 27. ubi diserte eadem profectio classis, & quidem ad terram Ophir, narratur: nam de eo dissentiunt, quod sciam, ulli interpretes, licet, ubi Ophir terra suo nomine memoratur in sacris literis, tantum auri fiat mentio, quod hoc praecipuum fuerit. Ubi ergo aurum, argentum & alia illa non inveniuntur, non potest illa pro terra Ophir haberi. Nec sufficit, ut aliqua regio pro Ophir habeatur, quod ibi auri quidpiam, vel argenti, inveniat, vel simiae nonnullae aliquando invisae sint: sed debet doceri, ibi maxima quantitate omnia illa fuisse sic ut operae pretium fuerit, iter eo instituere. Huic requisiti non satisfaciunt Ortellius & illi qui Zophala Africae regionem habent pro Ophir, ubi pavones & psittaci non inveniuntur, uti nec in multis aliis locis, quae pro Ophir ab aliis habentur. Patria enim pavonum & psittacorum India est, uti postea fusius a nobis docabitur. Nec argentum ibi tanta copia est ut inde peti meruerit.

§. II. Secundum.

II. Altera conditio haec est. Terra Ophir debet in tali regione collocari, ad quam facilior, tutior & brevior via est ex portu Sinus Arabici quam maris mediterranei. Quae enim classis Ophiritica solvit ex Ezion geb

qui portus est Sinus Arabici, credibile est
inde Ophir potuisse tutiori & breviori itinere
adiri quam ex portu maris mediterranei. Nam
si ex Japho, aut alio portu, quem ad mare
mediterraneum habebat Salomon, brevius &
tutius Ophir adiri potuisset, sine dubio pro ea,
qua ceteris mortalibus praestabat, sapientia,
classem suam via brevissima misisset. Sapiens
enim nihil frustra facit, & quod per pauciora
fieri potest, per plura fieri non oportet. Pec-
cant in hanc conditionem, ipsamque adeo
celebratam Salomonis sapientiam, qui O-
phir in Hispaniola, aliisve insulis America-
nis collocant. Ad illas enim recta via fuisset
& tutissima, addo & notissima Phoenicum
navigationibus, per mare mediterraneum ad
stratum usque Gaditanum, & inde porro versus
Hispaniolam, non ex Sinu Arabico, ex quo
solventes circumvehi universam Africam de-
vissent, & se infinitis pelagi periculis expo-
nere absque ulla necessitate. Quod uti con-
cipi non potest voluisse Salomonem, ita
quoque omnes illas hypotheses rejicio, quae
in Americanis tractibus Ophir quaerendam
censent. Impingunt etiam vehementer in hoc
requisitum illi, qui Africae regionem aut ur-
bem quandam ad mare mediterraneum pro
Ophir habent, uti Carthaginem; nam quis
vana mente praeditus, quum ex Japho solvere

posset, e Sinu Arabico classem mitteret Carthaginem? Sed hic error natus est, ut jam alii ante nos viderunt, quia תרשיש *naves Tarsis* dicuntur missae in Ophir, & Tarsis apud nonnullos e veteribus eadem cum Carthagine censebatur.

§. III.
Tertium.

III. Tertio, Ophir talis esse regio debuit, ad quam classis tuto pervenire poterat adeoque propter rei nauticae peritiam, quam illo tempore habebant exiguam, si cum nostra aetate comparetur, non est in regione nimis diffita, & quae non nisi cum maximo vitae discrimine peti poterat, collocanda. Id enim probe notandum est, interdum Solis noctu Stellarum, observatione navigationes suas instituisse veteres: magnetis usum, quo septentrionalem plagam indicat, ignotum fuisse ipsos Graecos & Romanos diutissime post aevum Salomonis litora fere legere consuevissent hyeme ipsis mare claudi solitum; ultra columnas Herculis mare ἀβατον & invium credidisse & similia, quae satis ostendunt non debere Ophir in America quaeri, quae vastissima pelago & periculossimo ab reliquo orbe sejuncta est, & in illa quasi peritiae nauticae infantia classe adiri vix poterat. Adde quod tota America ignota tunc fuerit; saltem demonstrari non possit, notam fuisse. Idem judicandum censeo de opinione illorum, qui Ophir in Sumatra, insula longissime diffita
qua

quaerunt. Vix enim mihi persuadeo, classem illis temporibus eo vehi tuto potuisse; & quidem statis vicibus, singulo triennio, maxime quum illa insula sub vehementissimo aestu Zonae perustae sita sit, *quae interjecta utrique hominum generi commercium ad se denegabat commutandi*, ut ex opinione communi Macrobius in *Somn. Sc. c. 5.* loquitur. Satisfaciunt magis huic requisito, qui Ophir in Africae regione quadam aut Persia locant, ad quos tractus litora legendo pervenire poterant. Sed & horum opiniones quo minus probari queant, aliis laborant difficultatibus.

IV. Quarto. Ophir non debet in regione nimis vicina terrae Israeliticae collocari, sed in eo locorum intervallo, ut triennium circiter requireretur ad iter eo instituendum, mercaturam exercendam, & redeundum; quae omnia non sunt censenda juxta rationem nostrorum temporum, sed aevi Salomonaei. Hodie enim nulla in toto orbe regio est, quam non biennii aut minori temporis spatium classis potest invisere. Sed, ut jam monui, non erat tunc ea rei nauticae peritia nec illa navigandi subsidia, quae nunc ad manum sunt. Ad hoc non attenderunt illi, qui Ophir volunt esse Sapharam, ad Sinum Arabicum, quod iter non requirit triennii spatium. Dicent quidem nonnulli, in textu sacro non dici, integrum triennium impen-

§. IV.

Quartum.

disse classem Ophiriticam navigationi, festantum, quod singulo triennio iverit: verum exstimo, si minori temporis spatio potuisset illud iter peragi, & Hiramum & Salomonem non expectaturos fuisse donec elapsum esset triennium, ut aurum & alia ex Ophir acquirerent, & gloriam regni sui, addo & Templi & Sacrorum, quibus id aurum magna ex parte destinabatur, nova continuo accessione augerent.

§. V. Quae-
rendus
etiam lo-
cus, cujus
nomen ad
Ophir ac-
cedat.

V. Quatuor hisce conditionibus, quas mihi in indaganda regione Ophir proposueram hoc addidi. Si vestigium aliquod nominis Ophir deprehendi posset in aliquo tractu, cum quatuor modo indicatae conditiones convenirent, id magnum pondus allaturum esse ac confirmationem illius sententiae. Quare illorum virorum studium in eo laudavi, qui non contenti fuerant aliquam regionem auro argentoque abundantem Ophir dicere, sed apud veteres Graecos, quorum monumenta Geographica ad manus nostras pervenerunt, aut recentiores (quamvis veteres praestent) urbem, regionemve ejusdem fere nominis quaesiverunt, uti, qui Ophir crediderunt esse *Apsharam* vel *Sapharam*, Arabiae, aut *Peru* in America, &c. quamvis hoc solum non sufficiat, uti jam monuimus.

VI. Videamus porro, quae illa regio sit, quae satisfaciat hisce requisitis, quaeque pro *Ophir* haberi possit. Videtur mihi illa in India Orientali quaerenda, quod & multi Viri Eruditi censuerunt: non tamen puto universam Indiam cum suis insulis nomine *Ophir* contineri, eo quod Copti Indiam C O P I P appellent (quod nomen, uti multa alia, Copti non ex veteri lingua Aegyptiaca, sed ex usu recentiorum, ipsorumque Interpretum Alexandrinorum videntur retinuisse, & Indiae dedisse) aut Chersonesum Malaicam, quam auream multi dixere, sed illam regionem, quae circa urbem *Oupara* vel $\Sigma\pi\alpha\rho\epsilon\alpha$, *Sophara*, est, quamque *Sopharenen* appellare possumus. Est ea urbs satis nota ex Ptolomaeo, Ammiano Marcellino, Arriano *in periplo*, & sita in Chersoneso Indiae intra Gangem, & litore ejus occidentali fere circa *gr. long.* $112\frac{1}{2}$ *latit.* $15\frac{1}{2}$ & illum locum, ubi nunc celebre emporium *Goa*. Aliquando scribitur (quod jam notavit Cl. Salmasius in *Exerc. Plin* p. 786.) $\text{Oυπ}\alpha\rho\epsilon\alpha$, aliquando, $\Sigma\upsilon\upsilon\alpha\rho\epsilon\alpha$, *Suphara*: quidam etiam $\Sigma\epsilon\phi\alpha\rho\epsilon\alpha$ scribunt, & hanc esse volunt, a qua Episcopus $\Sigma\epsilon\phi\alpha\rho\epsilon\alpha\omega\nu$ Photio dicatur sic ut Σ promiscue adsit, vel absit, quod in $\text{A}\phi\alpha\rho$, $\Sigma\alpha\phi\alpha\rho$, *Sagaris*, *Agaris*, aliisque nominibus propriis, fieri solet. Quemadmodum & ipsa vox Biblica *Ophir*, $\Sigma\omega\phi\epsilon\iota\varsigma$ scribitur a Josepho & Origene.

Ita-

§. VI. *Ophir est regio circa Ouparam in India, quae & Suphara dicitur, uti & Ophir, Sophira.*

Ita & versio Graeca pro Ophir *Job.* 22. 24. habet Σωφείρ, ubi alii Σωφίρ. Sic *1 Reg.* 9. 28. εἰς Σωφειρά. Ubi Hebraeus habet Ὀפִיר Ophir. Et *1 Reg.* 10. 11. ἐκ Σοφείρ. *1 Chron.* 29. 4. ἐκ Σσφείρ. *2 Chron.* 8. 18. Σωφειρά. *2 Chron.* 9. 10. Σσφίρ. Inde & Hesychius Σσφείρ scribit. Σσφείρ, χώρα ἐν ἣ οἱ πολὺν-μοι λίθοι καὶ ὁ χρυσοῦς ἐν Ἰνδία. *Souphair, regio, in qua pretiosi lapides, & aurum in India.*

§. VII. 70.

VII. Notandum est quod de Ophir vel *Joseph's verba de Ophir.* Σωφείρ, uti ille scribit, Josephus habet, illam suo tempore dictam χρυσικὴν γῆν, *terram auream*: quae sententia, cum nostra facile potest conciliari, quia inter veteres aliqui eam regionem, in qua Oupara sita fuit, vel vicinam, χρυσικὴν γῆν appellarunt. Notandum & hoc est, quod χρυσὴ χώρα, sive χρυσικὴ γῆ, distinguantur apud Ptolomaeum, Plinium, & alios ab χρυσικῇ νήσῳ sive *aurea Chersoneso*, vel insula aurea: quamvis multi recentiores eandem faciant auream regionem, & auream Chersonesum. Josephi vestigia premit Proprius in *Schol. ad lib. III. Reg. cap. ix.* Σωφείρ (ita ille legit Ὀפִיר Ophir) χώρα τις ἐστὶ τῆς Ἰνδίας, ἣν οἱ Γεωγράφοι χρυσὴν ὀνομά-ζουσιν. *Sophora, regio quaedam Indiae est, quam Geographi Chrysen, sive auream appel- lant.* Licet vero fatear variare Geographos in

in situ Chryses five regionis aureae, id tamen deprehendo, plerumque illam distingui a χρυσῶ five χερσονήσῳ aurea, & Chrysen nobis propiorem statui, auream Chersonesum remotiorem. Hinc Plinius & Solinus extra Indi ostia collocant Chrysen, loco satis vicino nostrae *Oupparae*. Mela autem *lib. III. c. 7.* ita describit Chrysen & Argyren, ut nostra Ὀυππαρῆα non longe ab eis distet. *Ad Tamum* (promontorium, τάμαλα Ptolomaei, uti Vossio ad Melam & Salmasio in *Exerc. Plin. pag. 701.* placet) *insula est Chryse, ad Gangem Argyre.* Insulas cum peninsulis saepe confuderunt veteres. Et Auctor peripli rubri maris Chrysen facit ἡπειρον, continentem, non insulam, distinguitque ab aurea Chersoneso & circa Gangem locat. Quae omnia suadere videntur Chrysen & Argyren regiones in India fuisse, quarum situs accurate e Veteribus sciri non potest, quia hic magis vicinas nobis, ille a nobis remotiores facit. Et hinc, quum Josephus, Procopius, & alii scribunt Ophir Salomonis eam esse quae illorum tempore dicebatur χρυσῆ, aurea regio, si cum Mela senserunt, in India intra Gangem, & quidem circa Chersonesi litus orientale illam quaeri voluerunt, si cum Plinio, Ophir non longe abfuisse ab ostiis Indi voluerunt innuere. Quicquid sit, non puto male Ophir, emporium, vel

vel regionem, mercatura adeo celebrem tempore Salomonaeo, ibi collocari, ubi hodieque clarissimum fere totius Orientis emporium est, Goa, quo omne quod India, Persia Sina, & vicinae regiones pretiosi & rari habent maxima copia defertur, & inde in reliquas Asiae & Africae, nunc quoque Europae, parte transvehitur. Maxime cum vetus nomen *Ὀυππαρά* & *Σεπάρ* cum *Ὠφίρα*, *Σεφίρα*, *Σωφopά*, quae nomina *אֹפִיר* *Ophir* sunt, ita conveniat, ut vix major convenientia desiderari queat.

§. VIII.
*Ophir non
una urbs
sed regio.*

VIII. Quod quidem non ita velim accipi, ac si crederem solam istam urbem *Ὀυππαράν* olim *Ophir* dictam, & eo tantum appulisse classem Salomonis; sed oram illam circumjacentem & *χωρὰν* sive *regionem* circa *Ouparam* nomine *Ophir* intelligo, & probabile est *τῇ* *Ophir* contigisse, quod multis aliis regionibus contigit, scilicet, nominis prisca, quod integras oras & magna terrarum spatia significatione sua complectebatur, vestigia in parte hac vel illa ejus orae, vel urbe, tantummodo superesse, uti apud nos vetus *Cattorum* nomen in pagis modo duobus superstes est. Sic ut olim forte tota illa pars *Chersonesi Indicae* intra *Gangem* *Ophir* fuerit dicta, uti *India* tota *Coptis* *ΣΟΦΙΡ*: cujus tamen nominis vestigia quum nusquam clariora

riora inveniam, quam in Ὀυανθῶ & eadem Σ
 praefixo Σούπαγγε dicitur, uti Ophir & Σωφείρ;
 ideo, quantum fieri potest, ab hoc loco rece-
 dendum non puto, a quo & hodie aurum,
 argentum, ebur, simiae & psittaci peti so-
 lent: nam licet haec omnia hodie ibi ut in
 natali solo non tam abunde proveniant ac in
 aliis Indiae tractibus, inde non sequitur olim
 non fuisse, (non magis quam olim Colchi-
 da auri feracem non extitisse aut Hispaniam,
 qua nulla terrarum regio olim & copiosius &
 purius aurum protulit teste Posidonio & Stra-
 bone *lib. III.*) facile illa eo devehuntur, ita
 ut vix aliquod commodius emporium sit, quo
 merces Indiae etiam remotissimae distribui
 per Asiae partes occidentaliore possint. Un-
 de & Goa & Calecut (quo una vice nonnun-
 quam 400 naves solere appellere scribit R.
 Perizol in *Itiner. p. 159.*) aliaeque in illo li-
 core urbes inveniuntur; quae mercaturae ex-
 ercendae gratia ita frequentantur, ut nulli
 emporio in India cedere debeant.

IX. Quum itaque nomen Σωφείρ, sive O- §. IX. O-
 phir, adeo conveniat vel idem plane sit cum *phir abun-*
 Σπάρα, restat ut videamus an quatuor illis *dat auro,*
 requisitis, quae recensuimus, ora illa satisfa- *argenta-*
 ciat. Primum postulabat in Ophir copiam
 auri, argenti, &c. De auro & argento non po-
 test esse dubium quin id magna copia ibi in-

veniat. Sane quum Veterum Scriptorum monumenta inspicimus, & in iis illa quae de India tradunt, deprehendemus illos Indiam ipsis cognitam generatim uti auri & argenti feracem describere, non aut Chersonesum auream, vel aliam partem Indiae, exclusis reliquis. Diodorus Siculus lib. 2. 16. Ἐχει δὲ (ἡ Ἰνδικὴ χώρα) καὶ τὸ ἐλεφάντων ἄπιστον πλῆθος οἱ ταῖς τε ἀλκαῖς καὶ ταῖς ὁ σώματι σώματι πολὺ πλεονέχουσι τὸ ἐν τῇ Λιβύῃ γινόμενων μοίως δὲ χρυσόν, ἄργυρον, σίδηρον, χαλκόν. Πρὸς δὲ τοῖς λίθων παντοίων καὶ πολυτελῶν αὐτῇ ἐστὶ πλῆθος. Habet autem (India) elephantum incredibilem multitudinem, qui viribus & corporis robore multum praestant Libycis, similiter & aurum, argentum, ferrum, & aes, & lapidum variorum & pretiosorum copiam. Dionysius Periegetes eodem modo Indiam, non solam auream regionem vel Chersonesum (de qua egerat v. 589) commendat ab copia auri, eboris & gemmarum, uti Ophir in Sacro Codice describitur v. 1114.

Τῶν δ' οἱ μὲν χρυσοῦ μετὰ πλεονέχουσι γενέθλην
Ψάμμον εὐγενάμπτησι λαχαίνοντες μακέλην
Οἱ δ' ἰσθὺς ὑφώουσι λινεργέας. Οἱ δ' ἐλ
φάντων

Ἀργυφεὺς περισθέντας ὑποξύουσι ὀδόντας.

Ἄλλοι δ' ἰχνύουσιν ἐπὶ περβολῇσιν ἀνάνυρων
 Ἦπερ βηρύλλας γλαυκὴν λίθον, ἢ αἰδάμαντα
 Μαρμαίροντ' ἢ χλωρὰ διαυγάζουσιν ἰάσπιν
 Ἦ καὶ γλαυκιοῶντα λίθον καθαρὸν τοπάζα,
 Καὶ γλυκερὴν ἀμεθύσον ὑπέρεμα πορφύρεσσαν.
 Παντοῖον γὰρ γαῖα μετ' ἀνδράσιν ὄλβον
 αἰετέει.

Quorum summa huc redit, aurum apud Indos effodi, ebur parari, beryllum, adamantem, Jaspin & topasum, & omnis generis divitias inveniri. Plura testimonia non recensero, quae ex Plinio, Strabone aliisque peti possunt, sed ex Poëtis addam, Indiam divitem ideo vulgo dici, uti apud Horatium:

— & divitis Indiae.

Propertium:

*Arma Deus Caesar dites meditatur ad Indos,
 Et freta gemmiferi findere classe maris.*

Atqui expeditionem non meditabatur in Auream Chersonesum: & quid est mare gemmiferum, nisi id, quod aut Persiam, Carmaniam, aut loca Ouparae nostrae vicina alluit?

X. Miror itaque quosdam scribere nullam aliam partem Indiae aurum gignere praeter eam: quod si verum sit, vehementer erro. At contrarium certum esse puto. Omnia enim quae de auro Indiae a veteribus si-
 §. X. Num
 aurum
 nuspiam
 in India
 quam au-
 rea Cher-
 soneso pro-
 veniat.

M

situ

situ tanta est inter Criticos contentio, nec m
rum) omni veri specie destituitur, quia su
i. e. Hadriani Imperatoris tempore Arrianus *lib.*
viii. scribit paucos illas regiones descripsi
quae circa Gangem sunt nedum remotiores,
Megasthenem, quem ille ut fidissimum sequitur
exiguam tantum Indiae partem peragrasse fi
retur, & Strabo *lib.* 15. raros ad Gange
usque pervenisse, Indiam a paucis visam, &
qui viderunt, partem ejus solummodo vidisse.
An credibile est illos, qui Indis bella intul
runt ob auri & gemmarum copiam, qua abun
dare eos vere credebant, in animo habuisse
pertingere usque ad auream Chersonesum.
Id mihi non persuadebitur. Quid? quod ex
presse meminerint Veteres plurimum locorum
India, ubi copia auri & argenti inveniebatur.
Plinius *lib.* 6. c. 20. *Nareae deinde, quos cla*
dit mons altissimus Indicorum Capitalia. Hujus
incolae alio latere late auri & argenti metalla fa
diunt, & cap. 19. Fertilissimi sunt auri Da
dae, Setae vero argenti. Sed omnium in I
dia prope non modo in hoc tractu, potentia
claritatemque antecedunt Prasii, amplissima
be, ditissimaque Palibotra. Atqui ea urbs
Gangem sita non tam longo intervallo distat
ab Ouppara, quin eo merces suas mittere
potuerint Indi. Mox & elephantorum memini
quorum 1x millia regi eorum per omnes di
stipes

pendiantur, unde, ait, *conjectatio ingens opum*. Et lib. 33. Gangem inter fluvios auriferos refert, additque: *nec ullum absolutius auriferum est, cursu ipso trituque perpolitum*. Dioscorius autem Periegetes maximam auri copiam veniri tradit in regione Gandaridarum, quos Gangem multi locant, alii ad Hypanin, illic Hypanin & Megarsum fluvios aurum ferre, v. 1144.

Γανδαρίδαι ναίουσιν, ὅθι χρυσῷο γενέθλην
Δαιδαλέην Ὑπανίς τε φέρει, θεῖός τε Μέ-
γαρος.

*Gandaridae habitant, ubi auri originem
Pulchram Hypanis vehit & vastus Megar-*
sus.

Strabo lib. xv. licet fluvios non nominet, scribit tamen tradi ab auctoribus in India ψήγματα χρυσῷο καταφέρειν τῶν ποταμῶν, ὥσπερ οὗτοι περὶ τῶν ποταμῶν. *Fluvios auri ramenta deferre, uti in Hispania: & Scholiastes Sophoclis in Antigone ad v. 1050. scribit esse τόπον πινὰ ἐν τῇ Ἰνδῷ χρυσῷ ψήγματα ἔχοντα ὃν ἀνορύττιστα πινὰ μύρμηκες καλέμεθα πτεροῖς χρώμεναι, ὧν οἱ Ἰνδοὶ μηχαναῖς ἡσὶ λαμβάνουσι χρυσόν.* Locum esse in India auri ramenta continentem, quem refodiunt formicae alatae, a quibus ope machinarum aurum Indi accipiunt. formicis illis etiam Strabo mentionem in loco cit. ex Megasthene & Nearcho. Et

hinc forte Job. 22. 24. נחל'ים אופיר *flu-
Ophir*, sc. hi auriferi Indiae, memorantur. Au-
rum interim videri posset, quomodo veteres
& Phasin & Tagum, & Gangem & alios flu-
vios auriferos fuisse scribant quum experientia
id hodie non confirmet. Sed praeterquam quod
illas auri venas effoetas esse longo temporis in-
vallo dicere quis posset, id a viris fide dignis
cepi de Tago, & arenis Hispaniae quibusdam
locis, aurum revera adhuc nonnunquam in-
veniri, sed non omnibus notum esse, quae
terra sit, vel quomodo aurum inde extrahi queat
nec tutum esse id scire aut profiteri.

§. XI.

*Aurum
circa Ou-
param
unde.*

XI. Quod si haec omnia contrahamus
summam, & Indiam uti patriam auri passim
celebrari, & Gangem, Hypanique qui In-
dum miscetur, & Megarsum Indiae fluvios auri
deferre, quod optimae notae est, quis non
videt ad loca quoque maritima, uti *Ουπαρα*
&c. potuisse id vehi, & inde mutatis me-
bus a nautis Hiram & Salomonis in Pal-
estinam? Non enim requiritur ut probetur
in ipsa Oupara fuisse fodinas auri & argenti
sed sufficit in vicinia magnam copiam fuisse. Sa-
epe enim in regione quadam maxime in e-
poriis maritimis, ubi frumentum, vinum, oli-
um &c. non proveniunt, tanta copia tam-
inveniuntur, ut mercatura iis exerceri possit
& inde petantur ab aliis, cujus rei vel i-

str

rum Belgium sufficiens testis est. Quod si
lura veterum scripta superessent; aut illi, quo-
um scripta supersunt, distinctius & accura-
tus loca Indiae descripsissent, possemus forte
variora testimonia eruere. Sed, ut omnes
re norunt, adeo confuse loquuntur Strabo,
Plinius, Mela, Ptolomaeus, & alii Geographi,
de urbibus & regionibus Indiae, ut concilia-
tio eorum hodieque crucem figat Philologis.
Iam vero negari non possit loca Ouparae vi-
cina, quae nunc sub ditione Mogolis sunt,
auri & argenti fodinas habere (de quo vide
Kircherum in *China illustrata* p. 80. & alios)
non puto hac parte quenquam difficilem fore,
ut illam regionem pro Ophir accipiat.

XII. Restat, ut videamus an & reliqua, §. XII.
hae praeter aurum & argentum ex Ophir *Elephantes*
confecta leguntur, ex Sophira nostra peti po- *circa Oupa-*
terint. Sacer Codex memorat שנהב, *ram.*
quod per *ebur* vulgo redditur: nec repugno.
India mittit ebur, cecinit Virgilius; & Pli-
nius, aliique, de India scribentes, maximam
elephantum copiam ibi fuisse satis osten-
tunt. Quamvis autem & in Africa inveni-
untur (& hae duae regiones uti patriae ebo-
ris passim memorantur, quare & Graecos
ade ebur petere solitos scribit Pausanias *lib.*
c. 12.) *maximos tamen fert India*, teste
Plinio *lib. VIII. c. xi. & cap. ix. Indicum*

Afri pavent: nam & major Indicis magnitudo est. Sunt & validiores Elephanti Indici uti Polybius *lib. 5.* scribit Afros Elephantum *καταπεπληγμένους τὸ μέγεθος ἢ τὴν δύναμιν* percussos magnitudine & robore Indicorum & Diodorus Siculus loco cit. Unde, licet ex Africa potuerit, maluit tamen ebur ex India petere Sapientissimus Regum Salomon. Quodque in illa etiam Indiae regione, quae *Ὀυπαρέ* olim fuit, & nos Ophir collocamus plurimi hodieque Elephanti inveniantur testatur omnes e nostris, qui oculati testes fuerunt & in illis oris diu habitarunt. Quare ulterius probatione res ea non indiget. Verum *ἐν παρόδῳ* non erit hic incongruum inquire in nomen Elephantis Indicum, *Barro*, unde *barrus* pro Elephante, *barritus* pro sono ejus & nī fallor, *ebur* (quod licet dentes ejus nō tet, eodem, aut certe non multum diverſum ab ipsa bellua nomine dicitur, uti Graeci *ἐλεφας* utrumque, & *elephas* & *ebur*) quādoquidem Cl. Bocharto assentiri vix possumus id a *בֵּיר* *Beir*, Fumento vel *בַּעַר* *Baar* homine stulto & bruto (quod etymon minimè convenit elephantibus, quorum ingenium celebratur) arcesſente. Ut enim alia praetereant tutissime etymon nominis inde ducitur unde res ipsae ortae sunt. Hinc ex India vocem repetit Isidorus *orig. lib. xii. c. apud Indos v.*

re Barro vocatur, unde & vox ejus barritus dicitur. Ego autem, quum animadverterem linguam Indicam & Persicam saepe confundia scriptoribus antiquis, in illam suspensionem incidi, an non forte & hoc nomen Barro ex sermone Persico posset deduci. Persis *بارو* Barrou notat *castellum, propugnaculum, turrim, murum*. Quod nomen optime Elephantibus convenit, qui in bello turribus erant instructi (de quo multa vide collecta veterum testimonia in Eximio opere, Hierozoicon dico, Bocharti lib. 11. c. 27.) & non tantum procul castellorum & turrium faciunt speciem, & offerentes moenium speciem, uti loquitur Curcius, sed quasi viva propugnacula & turres sunt, unde & in ludo Scachico nomen turris & Elephanti indifferenter isti belluae a Persis & nobis ipsis tribuitur. Basilii *turrim animatam* *πύργον ἐμψυχον* vocat, Indi ipsi *Nag montem*, uti & Aethiopes *nage*, Syri *גִּבְעַת בָּרִיד* *collem carnis*, Plinius l. 8 c. 1. *moem, & gradientibus collibus* eos comparat. Sed haec in transitu.

XIII. Praeter ebur, ex Ophir petierunt §. XIII. *קופים*, *Simias*. Quas in India circa illa loca, ubi nos Ophir fuisse credimus, magna copia inveniri notissimum est ex veterum & recentiorum testimoniis. Cum illis & *תנינים* legun-

Simiae & Psittaci circa Ouperam.

tur fuisse advecti, quos multi *pavones* putant
ego *Psittacos*. Eo enim nos dicit ipsa vox
Psittaci, quae in India orta est, ubi ipsa
avis invenitur. Admodum enim probabile
est nomina animalium ex lingua illius regio-
nis ducta esse, e qua ipsa animalia originem tra-
xerunt. *Psittaci* autem ex India orti sunt.
Quis dubitet? Ovidius:

Psittacus Eois ales mihi missus ab Indis.

Ita Aelianus *de Anim. lib. xiiii. c. 18.* Ar-
rianus *de Exped. Alexandri.* Et alii, quorum
testimonia non opus est hic referre. Et ipsum
nomen ex vero *تَدَاك* *Tedac* deflexum est
in *Τέδακος*, *Τίδδακος*, *Σίττακος* & hinc *ψίτ-
τακος*. Plinius *lib. x. c. 42.* *psittacum* ab India
nominari *Sittacen* scribit. Et verum nomen

تَدَاك, si *ت* pronunciatur uti Anglis *th*,
est *Setac*, quod addita terminatione fit *Setaces*
vel *Sittaces*. Sed cum *T* a *ts* non nisi pun-
cto differat (*ت* & *ث*) hinc factum reor *Σίτ-
τακος* legisse quosdam pro *Τίττακος*. Eodem
modo cum uno puncto (*ب*) legit hanc vocem

Ctesias *بَدَاك* *Bedac*, qui *Βίττακος* scribit.

Arrianus autem & Aelianus *Σίττακος*, & hinc
ψίττακος, *Psittacus*? quibusdam & *Σίττας* illa
avis vocatur, teste Hesychio, deinde ultima li-

tera

tera. At siue jam a תן, geminata prima, vel addita similis soni litera, fecerint alii דדי, siue ex *Tedac*, rejecta ob soni similitudinem alterutra priorum literarum, natum sit תן, certe eadem mihi vox videtur. Quod si quis pavones malit transferre, per me licet. Nam & pavones, teste Aeliano *lib. v.* Indicae aves sunt, quas Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ἐν Ἰνδοῖς ἰδὼν ἐξεπλάγη Alexander Macedo in India videns stupuit, *cap. xxi.* & τῶς nomen Indicum siue Persicum est, طووس. Quicquid sit, & pavones & Psittaci maxima copia in regione, in qua Ophir nostra collocatur, inveniuntur.

XIV. Sed & ligna quaedam ex Ophir ad-
 vecta sunt, dicta עץ אלמני 1 Reg. 10: 11. §. XIV.
 (quae & in Libano crescebant 2 Chron. 2: 8. Ligna &
 si eadem sint cum אלמני) de quibus vix lapides pre-
 certo dici qualia fuerint, ideoque nec firmari ex tiosi circa
 iis nec labefactari potest nostra sententia. Nasci Ouparam.
 autem in India ligna pretiosissima certum est.

— Sola India nigrum

Fert ebenum —

canit Virgilius *Georg. 2.* nec aliae species desunt, quae ad nos inde his temporibus adferuntur. Quod vero ad lapides pretiosos attinet, quos ex Ophir delatos narrant sacrae literae,

1 Reg. 10: 11. quis nescit mare illud, quod inter Taprobanen & continentem Indiae est & vicina nostrae Sophir loca, ipsumque Gangem eos abunde suppeditare? Quare patere arbitror, nostram opinionem, quae Ophir circa *Ὀυπαγωγ* collocat, satisfacere primae conditioni, qua requirebatur, ut illa, quae ex Ophir Salomo afferri curavit, ostenderemus in hac regione inveniri. Quibus omnibus & hoc addatur, veteres scriptores, quum Indiam intra Gangem describunt (nam ulterioris vix aliquam notitiam habuerunt, ut ipse Arrianus *lib. VIII.* fatetur qui & Megasthenem & Nearchum, quos uti probatissimos scriptores sequitur, non magnam Indiae partem peragrassasse scribit, imo paucos esse scriptores, qui τὰ μέχρι ποταμῶ Γάγγω, regiones circa Gangem, descripserint) illa fere ut palmaria narrare, quae de Ophir sacrae literae. Memorare enim solent copiam auri & argenti, elephantos, psittacos, simias, & lapides pretiosos. Dionysii descriptionem Indiae supra exhibui & Diodori Siculi. Adde hanc Curtii, eadem plene de India referentis quae facer scriptor de Ophir, *lib. VIII. c. 9.* *Aves ad imitandum humanae vocis sonum dociles sunt* (en *פסיתקוס*, Psittacos) *Animalia inusitata caeteris gentibus nisi inuenta. Eadem terra & Rhinocerotas alit, non generat. Elephantorum*
ma-

major est vis quam quos in Africa domitant & viribus magnitudo respondet (Ecce שְׁנֵהָבִים, ebur) Aurum (זָהָב) flumina vehunt, quae leni modicoque lapsu segnes aquas ducunt. Gemmas margaritasque (עֲבֹן יָקָרָה lapidem pretiosum I Reg. 10:11.) mare litoribus infundit..... Regia auratas columnas habet: totas eas vitis auro caelata percurrit: aviumque, quarum visu maxime gaudent argenteae effigies (כֶּסֶף) opera distinguunt. Lege praeterea quem statim citavi, Arrianum lib. VIII. de Exped. Alexandri, aliosque ubi de India agunt: sic ut vel omissis aliis rationibus hinc nasci debeat suspicio non alibi quam in aliqua regione Indiae intra Gangem Ophir esse quaerendam.

XV. Tertium postulatum (nam de secundo nihil opus est dicere) erat, ne in terra nimis remota Ophir collocaretur, ad quam illo tempore vix tuto perveniri poterat. Et huic satisfacit situs nostrae Oupparae ad quam litora legendo pervenire potuerunt. Erat quoque illa regio non remota ab hominum cognitione aut plane invia: multoque probabilius est eo pertigisse classem Salomonis, quam usque ad Chersonesum Indiae extra Gangem, aut Sumatram insulam, vel Javam. Quod si enim eo usque toties ultro citroque ivisset Classis Salomonica, & Tyria, an credibile est Reges aut Tyri aut Judaeae nunquam postea

S. XV. Situs Oupparae satisfacit tertio postulato.

eo classem misisse? Quod si miserint, istae orae & insulae magis notae forent scriptoribus Graecis & Romanis, qui adhuc tempore Tiberii conqueruntur, quum de India scribunt, tenebras sibi offundi, paucissimos ibi fuisse, incerta fere esse omnia, & multa ejusmodi. Et fatendum est plane eos caecutiisse in iis quae ultra Gangem inveniuntur. Rari enim ad Gangem usque pervenerunt ex iis mercatoribus qui ex Arabico sinu solverunt, scribit Strabo *init. lib. xv.* Unde colligere licet naves illas quae mercaturae faciendae gratia iter instituebant, in Indiam circa loca nostrae Ouparae vicina substituisse, nec processisse ulterius quod sine dubio fecissent, siquidem Tyrii ad auream Chersonesum olim pertigissent, & inde tantam auri vim detulissent: quod ignorare non poterant, si verum fuisset, quum fama tam celebris navigationis longe lateque debuerit diffundi. Videtur ergo nostrae Ouparae situs magis convenire cum ratione illorum temporum, quibus regiones ultra Gangem ignotas fuisse admodum est probabile.

§. XV. Si-
tis facit
quarto.

XV. Quartum postulabamus, ne Ophir in regione nimis vicina Palaestinae locaretur, sed ea, quae triennii circiter spatium requireret ad eundum & redeundum. Hoc non videtur convenire nostrae Ouparae, ad quam multo minori temporis spatio iter potest institui. Sed multa hic observari possunt, quae
hoc

hoc iter retardant, quale est imperitia rei nauticae eo tempore, quo litora legebant, interdum fere tantum navigabant, ad tempestates declinandas, quibus sufferendis ea navigia paria non erant ut nostra, ad portus confugiebant, saepe ad Etesias, ἐτίσια πνεύματα (αὐτὴ δὲ τῷ θερῷ τὴν ὥρην πάσαν κατέχει ἐκ τῆς πελάγης ἐπιπνέοντα ἐπὶ τὴν γῆν ἢ πάντῃ ἄπὸρον τὸν ὠλὸν ποιέοντα, quae per totam aestatem ex mari in terram flant, & navigationem impediunt, ut de hoc Indico mari scribit Arrianus lib. viii. de Exp. Alex.) attendere debebant. Erant & alia, quae in mari Indico navigantibus moram objiciebant. *In mari* (ita loquitur Plinius de illo, quod Alexander transvectus est, circa Indi ostia lib. ix. 3.) *belluae circa solstitia maxime visuntur: tunc illic ruunt turbines, tunc dejectae montium jugis procellae ab imo vertunt maria, pulsataeque ex profundo belluas cum fluctibus volvunt, & alias tantathynnorum multitudine, ut magni Alexandri classis haud alio modo quam hostium acie obvia contrarium agmen adversa fronte direxerit: aliter sparsis non erat evadere.* Adde quod aliqua mora requireretur ad permutandas merces, reparandas naves, & in Sacris literis saepe partem anni pro integro poni. Quae omnia simul juncta abunde, ut puto, evincent, illud iter fere triennium postulasse.

V.

DISSERTATIO

DE

DIIS CABIRIS.

DISSECTATIO

DE

DISSCABRIS

171



V.

DISSERTATIO

DE

DIIS CABIRIS.

Rodiit nuper Eruditissimi Viri, *Tobiae Guthberleti*, dissertatio de Diis Cabiris, quam cum avide perlegissem, & de nonnullis, quae ad hoc argumentum spectant, per litteras agerem cum Amplissimo Viro, *Gisberto Cuperio*, in quo an eruditionem eximiam an humanitatem singularem magis mirari debeas, ambiguum est; quem nunc cura rei bellicae, ubi patriae nostrae nomine mandata, a cultu Musarum ad Martis studium avocavit, transmisit mihi legendum de iisdem illis Diis tractatum Doctissimi Icti Veneti, *Joannis Antonii Astorii*, conscriptum ad Celeberrimum Virum, quem Roma eloquentiae Professore, Eminentissimus Cardinalis *Josephus Renatus*

§. I. *Occasio
hujus Dis-
sertationis.*

N

natus

natus d'Imperiali Bibliothecae praefectum habet, communem amicum nostrum, *Iustus Fontaninus*. Non potui tamen acquiescere in illorum Virorum etymologiis, quibus significationem vocis *Cabirorum* eruere conati sum. Sed mihi se sponte quasi nonnullae novae obtulerunt, quas lectori exponam, ut quod velit eligat.

§. II. Cabiri dicti
חבירים
locii.

II. Cogitanti itaque mihi de nomine Deorum Cabirorum, quos singulari ratione cultum fuisse in insula Samothracia veterum monumenta testantur, ante omnia inquirendum esse duxi, quot & qui illi Dii fuerint, ut exploratum mihi esset, an significatio nominis, quae darem, vere illis convenire posset. Quamvis autem hic in partes eant tum veteres tum recentiores, (e quibus insigne illud Scriptorum par modo laudatum, Astorium dico & Gutberletum, plurima collegit, quo lectorem remittimus) duas tamen magis receptas sententias deprehendi, quarum una solos Jovis filios, Castorem & Pollucem, Graeco Dioscororum, Διοσκόρων (ita scribendum monuit Phrynichus, non Διοσκώρων) nomine celebratos Cabiros dictos fuisse censet, & se cum multorum Scriptorum bonae notae testimonio tum fide antiquarum Inscriptionum tuetur, quibus hi duo fere & non alii Cabiri appellantur. Altera quatuor Cabiros statuit, mo-
aucto

auctoritate Mnaseae, cuius verba nobis conser-
 vavit Eruditissimus Scholiastes Apollonii Rho-
 di ad lib. i. Argon. v. 917. Μυῦνται δὲ ἐν
 Σαμοθράκῃ τοῖς Καβείροις, ὧν Μνασέας φη-
 τὰ ὀνόματα, Τέσσαρες δ' εἰσὶ τὸν αἰθμόν.
 ἌξιερⓈ, ἄξιόκερσα, ἄξιόκερσος. Ἄξιερὸς μὲν
 ἐστὶν ἡ Δημήτηρ. Ἄξιόκερσα δὲ, ἡ Περσεφόνη.
 Ἄξιόκερσος δὲ ὁ Ἄδης. Ὁ θὲ προστιθέμενⓈ τέ-
 ρτος ΚάσμιλⓈ, ὁ Ἑρμῆς ἐστὶν ὡς ἰσχυρεῖ Διο-
 γένει. *Initiantur autem in Samothrace Ca-*
porum sacris, quorum nomina Mnaseas re-
asset. Quatuor numero sunt. Axieros, Axio-
rsa, Axiocersos. Axieros quidem est Tellus
ve Ceres. Axiocersa Proserpina. Axiocersus
auto. Qui autem adjungitur quartus, Casmilus,
Mercurius est, uti tradit Dionysodorus.
 editum Bibliothecae nostrae publicae Ety-
 mologicon Magnum, ex hoc loco Scholio-
 ni Apollonii sua hausisse videtur, quae ha-
 c de Cabiris, sed quartum eundem nomine
 in tertio facit, omisso Cadmilo. Καβει-
 ρⓈ, scribit, ὀνόμα θεῶν ἢ τὰ ὀνόματα αὐτῶν
 εἰσεῖν τὸν αἰθμόν. ἌξιερⓈ ἄξιόκερσα, ἄξιό-
 κερσⓈ, ἄξιόκερσⓈ. Locum integrum non
 scripsit. Hinc ut numerum quaternarium
 denotet, bis eundem nominavit. Ut & illis,
 i duos, & his qui quatuor, Cabiros admit-
 tit, satisfiat, puto convenire etymon ex
 voce Hebraea (nam & Herodotus lib. ii.

notavit, ἱερὸν λόγον, *sacrum sermonem*,
 Diodorus Siculus lib. v. παλαιὰν ἰδίαν δὲ
 λεκτὸν, *veterem & propriam linguam* in
 cris Samothracicis esse usitatam) כַּבֵּר καβερ
conjunxit, sociavit, unde כַּבֵּרִים καβερῖς
Socii, juncti, litera Hebraea כַּ per K redi
 ta, ut in καβηλα a כַּבֵּל, φασκε a פֶּסֶק
 πατακοι a פֶּתוֹחַ & multis aliis. Sic
 meo judicio Dii Cabiri, idem sonet, quod
 Dii Socii, vel Coniuncti.

§. III.

*Quare Ca-
 stor &
 Pollux so-
 cii sive Ca-
 biri appel-
 lentur.*

III. Quam apte hoc etymon convenit
 Castori & Polluci, vel me tacente, un-
 quisque facile videt. Quid enim sibi aliud vi-
 quod a Veteribus *Gemini*, Δίδυμοι, *Fratre*
Socialia Sidera, & multis similibus nominibus
 appellentur, quae idem notant quod כַּבֵּרִים
Juncti, Socii. Magi ipsi illos Δεῦας δι-
 runt, auctore Hesychio, id est, *Duos*, &
geminos, nam دو Dou Persis id notat. Et qui
 nescit, hos Deos nequaquam Σωτῆρες & fa-
 ctos fuisse, nisi *Junctos*? Si enim unus si-
 alio conspiceretur, salutaris non erat.

§. IV. Num
*illis soli Ca-
 biri dicti
 fuerint.*

IV. Concedet forsitan aliquis, hoc etymon
 Geminis sc. Castori & Polluci satis bene co-
 venire, verum negabit id commode quatuor
 illis a Mnasea recensitis tribui posse. Quod
 mihi difficultatem non pareret, siquidem
 lam sententiam, quae solos Geminos fu-

Ca

Cabiros tuetur, amplecti constituissem. Sed, verum fatear, existimo Samothraces non illis Dioscoris nomen Cabirorum tribuisse, sed & quatuor illis, ex Scholiasta Apollonii vox adductis. Quo me movet, ut aliam anseam, quod Ceres etiam a Pausania Κα-
~~είρα~~ *είρα* appelletur, cuius, ut & Proserpinae, exemplum Thebis esse scribit *lib. 1x. c. 25.* & coniungit Cabiros cum Cerere, se taciturnum cens quomodo αὐτοῖς ἢ τῇ μντεῖ sacra fiant. Quo etiam pertinere videtur illud Ovidii de re amandi *lib. 2.*

*Quis Cereris ritus audet vulgare profanis,
 Magnaque Threicia Sacra reperta Samo?*
 Namvis enim ex conjunctione Cereris cum Cabiris non possit ostendi eam in numero Cabirorum fuisse, non magis quam Jovem & Pollinem, quibus junctim cum Cabiris vota fuisse Pelasgos tradit Dionysius Halicarnassaeus *iq. Rom. l. 1. c. 3.* quia tamen a Pausania expresse *Cabira* dicitur, hinc ab Ovidio quoque eam uti Cabiram innui existimo. Namobrem & mihi ratio danda est, cur reliqui quatuor Cabiri *Socii* dicti sint.

V. Socii appellantur Ceres, sive Terra Ma-
 , Proserpina, Pluto & Mercurius, non
 atenus Dii sunt, aut magni & Potentes,
 enim plures essent, sed quia hi quatuor
 t *ἑοὶ Ἕρῳοι*, i. e. *Dii inferi*, qui in mor-
 tuorum

*S. V. Ceres,
 Proserpina,
 Pluto &
 Mercurius
 etiam Ca-
 biri dicti,
 sive Socii,*

vel Dii
inferorum
קבירין
& quare.

tuorum cura communes operas jungunt , Collegium aliquod separatim constitutum . Unde & aliquando conjeci illos Deos קבירין *Kebirim*, *sepulchrorum* dictos, quod his quatuor optime convenit, sed Castori & Polluci non item. Antequam vero missam etiam conjecturam illam, qua Cabiros *inferorum* sive *sepulchrorum* קבירין Deos dictos esse suspicatus sum, hoc ad illam firmandam addo: non videri dubium hanc etymologiam omnibus aliis praeferendam, si constet propriè illos quatuor quos Mnaseas recensuit, Cabiros fuisse, & non nisi diu postea Castorem & Pollucem Cabiros dictos esse. Nam aptissime hoc etymon exprimit id, quod commune est quatuor his numinibus proprium est, quod *Χθόνιοι*, sive inferi sint, & nulla alia ratione dari potest cur hi quatuor, & non alii, connumerantur, nisi quod ad eos cura mortuorum pertineat. Non fuisse autem Castorem & Pollucem veros & antiquos Cabiros Samothracios patet ex illorum aetate, quae recensita est, & ex eo quod ipsi Diis Cabiris in Samothrace sacra fecerint. Ergo ipsi non fuerunt Samothracici illi Cabiri. Quod si quis etymon Cabirorum tale, quod commune esse potest quatuor illis Diis Inferis, & duobus Dioscuris habere vult, meo Judicio aptius inveniet quam קבירין, *Socii*, *Functi*.

VI. Disquiramus nunc de singulis, qua ratione cura mortuorum ad eos pertinuerit. Prima Ceres est, Δημήτης, Terra mater, quae omnes mortuos excipit & in sinu suo recondit, quare Athenienses appellarunt mortuos Cereales, οὗ νεκρὸς Ἀθηναῖοι Δημητρεῖς ὠνόμαζον, uti testatur Plutarchus in lib. de facie in orbe Lunae: & Tellus Dea χθονία dicitur ab Æschylo in Persis, loco mox citando, & Templum Cereris χθονίας memorat Pausanias in Corinthiacis, addens χθονία δ' ἐν ἣ θεός τε αὕτη καλεῖται καὶ χθονία ἑορτὴν κατὰ ἔτος ἄνθρωποι ὡρα φέρουσιν, Chthonia ipsa Dea appellatur, & festum annuum aestate in honorem ejus celebrant, dictum Chthonia. Meminit & Cereris χθονίας Apollonius in Argon. l. iv. v. 986.

§. VI. Quatuor illi Dii sunt χθονιοὶ sive inferi: quod probatur.

— οἱ δὲ ἐ Δηῶς

Κλείουσι χθονίης καλαμήτομον ἔμμεναι ἄρπην.

— illi vero Cereris

Chthoniae dicunt esse messoriam falcem.

Sequitur filia ejus Proserpina, regina Erebi & Stygia Juno,

— & damnatura nocentes

Et requiem latura piis —

ut Claudianus canit, cum marito, qui tertius est, Plutone, qui & ipse θεὸς χθονιῶν dictus Eurip. in Alceste vers. 237. qui ambo inferni tenent imperium, & quibus cum mortuis rem esse perpetuo nemo dubitat. Junguntur hi tres apud

Virgilium, Ceres, Proserpina & Pluto, quibus Aeneas ut Diis inferis sacra facit, *Aeneid. lib. VI. v. 249.*

— ipse atri velleris agnam

*Aeneas matri Eumenidum, magnaeque sorori,
Ense ferit, sterilemque tibi Proserpina vac-*
cam.

Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras.

His tribus adjicitur Mercurius, Deorum famulus. Et ita jungitur ut ~~μεστῆμεν~~, *ad-*
jectus, Cabirus tamen & ipse, quippe qui
viam facit sepultis ad inferos. Quo facit ele-
gans lapis antiquus, exhibens aedificium, cu-
jus portam aperit caduceatus Mercurius, & ne-
quis dubitet, quae ea sit, inscriptio praefixa
habet, ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙΣ ΘΕΟΙΣ,
Diis Inferis. Ideo appellatur a Claudiano, *de*
raptu Proserp.

— commune profundis

Et superis numen, qui fas per limen utrum-
que

Solus habet, geminoque facit commercia mundo.
Mercurius ducere & reducere solet animas,
scribit Petronius in *Satyrico*, & Homerus

— ψυχὰς κατὰ γῆν δ' αἰδός δε.

Quare & Mercurius Plutoni & Telluri (eo-
dem modo uti alias nomine Cabirorum) ad-
jungitur ab Aeschilo in *Persis*, ubi Chorus
animam Darii evocat *pag. 155. ed. Steph.*

Ἄλλω

Ἄλλὰ χθόνιοι δαίμονες ἄγνοί
 Γῇ τε ἢ Ἑρμὶ βασιλεὺς τε ἐνέρων
 Πέμψατ' ἐνερθεν ψυχὰν ἐς Φάος.

*Sed o Dii infernales puri
 Tellus, Mercuri, & Rex inferorum,
 Remittite animam in lucem.*

Scholias tes ibi notat hos tres κατὰχθόνιους θεοὺς
 esse πομπὰς τῶν φθιμένων, qui mortuos emittunt,
 οὗς θεοὺς τὰς κάτω, οὗς πέμποντας ἀνω οὗς
 νεκρὰς. Eodem sensu Sophocli in Oed. Colon.
 v. 1617.

Ἑρμῆς ὁ Πομπός, ἢ τε νεφέλαι θεός.

Ubi & Mercurius & Proserpina junguntur. Ci-
 cero etiam lib. III. de natura Deorum unum
 Mercurium recenset, qui sub terris habetur.
 Et Plutarchus in libro de facie in orbe Lunae
 Mercurium appellat Proserpinae συνοικόν, con-
 tubernalem. Horatius Orci Satellitem. Ex
 quibus clarissime liquet, cur hi quatuor,
 quemadmodum χθόνιοι & κατὰχθόνιοι θεοί,
 mystico etiam nomine Cabirorum, quasi in-
 fernalium, conjungantur, & cur hos Samothra-
 ces praecipue hoc nomine appellaverint. At-
 que ita videbar mihi affecutus rationem, ob
 quam illi tres Cabiri appellarentur a Samothra-
 cibus, & quomodo haesitanter Mercurius iis
 adjectus sit, & ab aliis omittatur.

§. VII.

*Quare sa-
cræ horum
Cabirorum
nocturna.*

VII. Dari quoque potest ex hac explica-
tione ratio cur nocte hæc Sacra Cabirorum
fuerint peracta. De Dioscoris enim certum
est, non nisi noctu illa profuisse naviganti-
bus, & quod ad quatuor illos alios atti-
net, sunt hi, modo recensiti, Numina te-
nebrarum. Mors ipsa quid nisi nox est? Et
atra nocte nos tegit *Tellus*. Quin ipsa *Tel-
lus*, sive *Ceres* μέλαινα *nigra* dicta, quod ob-
luctum Proserpinae in loco subterraneo, quem
Pythia Δήσ κρυπτήριον ἄντρον diserte appellat,
diu latuerit, teste *Pausania lib. viii. cap. 42.*
Proserpina, Noctis hera audit *Valerio Flacco*
l. 7. & αἰφάνης θεός *Sophocli* in *Oed. Colon.*
v. 1627. *Pluto* αἰναξ ἐννυχίων, i.e. ὁ ἐν νύκτι
αἰεὶ καὶ σκότῳ διατελεῶντων, πεθνηκότων. *Rex*
illorum qui in tenebris degunt, i.e. mortuorum.
Plutonem ita alloquitur ex persona *Lachesis*
Claudianus de rapt. Prof.

—— o maxime noctis

Arbiter, umbrarumque potens ——

Et ita *Pallas.*

*Nocte tua contentus abi, quid viva sepultis
Admises?*

Quamvis in campis *Elysiis*. Sole non careant,
uti *Proserpinam* *Pluto* consolaturus ait:

*Amisum ne crede diem, sunt altera nobis
Sidera. Sunt orbes alii: lumenque videbis
Purius, Elysiumque magis mirabere Solem.*

Et

Et Virgilius *Aeneid.* vi. v. 638.

Devenere locos laetos & amoena vireta

Fortunatorum nemorum, sedesque beatas.

Largior hic campos aether & lumine vestit

Purpureo, solemque suum, sua sidera, norunt.

Mercurius quoque, ne quid desit quod nocturna horum Cabirorum sacra esse suadeat, dicitur

Νυκτὸς ὀπωπῆτῆρ —

In *Hymn. ad Merc.* qui vulgo Homero ascribitur, & ad noctem aeternam viam facit & somniis praest, uti notum.

VIII. Quod si nec hae conjecturae Tibi §. VIII. *Confertur*
probenentur, mallem, prae communi a כביר *vulgata*
Cabir, magnus, ducta, aliam etymologiam quae *etymologi*
nec ipsa veri specie destituitur & Καβειρος *Cabirorum*
ctos censet quasi *potentes* גבירים, a גבר *cum alia,*
tens fuit, unde גבורה *potentia*, גבור, *for-* *quae eos*
tis, Gigas, quod & de Deo usurpatum inve- *quasi Dea*
nies, גבירה *Regina*, &c. Quae derivata ideo *Potes*
appono ut liquido appareat vera notio radicis, *dictos pa-*
tas. quae est potentem esse. גביר exprimitur recte
per Καβειρος, ג per K, uti גמל Καμηλο &
multa talia, & Scheva per α, uti שלמה,
שמואל, Σαμὴλ, Σαλομών. Quid vetat ita-
que, quo minus Καβειρος, exprimat גביר *po-*
tentem, nomine formato ex part. Pehil, &
Dominum, (Κύριον) uti transtulerunt οἱ οἱ, &
τὸν κρείττον ἔχοντα, אדון וראש, *Dominum*,
ו

& Caput, uti Kimchi in *lib. radicum*, quod idem sonat ac בַּל Baal, Belus antiquissimum Deorum nomen, & Marnas, Gazensium Deus מַרְנָס quod Maran exprimitur in notissima voce Μαράναθα. Quo & hoc facit, quod Cabiri Samothracum a Varrone non Magni tantum sed & Potes appellentur. Haec ejus verba sunt *lib. iv. de Ling. L.* Hi quos augurum libri scriptos habent sic DIVI POTES, & sunt pro illis qui in Samothrace ΘΕΟΙ ΔΥΝΑΤΟΙ. Cassius Hemina dixit (apud Macrobi. III. 4.) Samothracas Deos, eosdemque Romanorum penates proprie dici θεὸς μεγάλος, θεὸς χρῆστος, θεὸς δυνατός. Quo Macrobius refert illud Virgilii de Junone,

— Dominamque potentem.

Unde & Curetes Orpheo in hymnis ἐνδύνατοι. Praeferrem itaque, si optio daretur, hanc etymologiam a בִּירִים potentibus ductam, communi opinioni quae a כְּבִירִים magnis eos derivat. Nec desunt aliae rationes, uti quod כְּבִר, radix vocis כִּבֵּר, proprie notet *multum esse, multiplicari*, & derivata, כְּבִיר & alia, multitudinem potius quam magnitudinem indicent. Id patebit conferenti loca Sacri Codicis. Quod ne a me fingi credas, uti hypothesei meae serviam, en tibi ex Lexico Santis Pagnini Judicium Merceri ex Hebraeis petitum, כִּבֵּר proprie

prie ad robur corporis pertinet, **הדר** ad qualitatem & habitum, **אדר** ad quantitatem, **כביר** vero, quod & **כאביר**, proprie ad multitudinem & copiam. Ita & Cl. Gouffetus in nuperime edito Lexico ratiocinatur, ex collatione variorum locorum Sacri Codicis inter se concludens. Cum videam ipsum verbum **הכביר** inservire multiplicationi indicandae & derivatum **כביר** sonare multitudinem in aliquot claris exemplis, ut Job. 15: 10. de annis senum & Job. 31: 25. de opibus divitum. Imo Es. 16: 14. negationem ejus adhiberi ad exponendum **מוער** de populo ad paucitatem redacto, item Es. 10: 13. de magno numero habitatorum & Es. 17: 12. & 28. 2. de aquis abundantibus, ideo & ad multitudinem abundantiamque reduco alia loca, quae id patiuntur commode. Job. 8: 2. Job. 34: 17. 36. 5: 34. 24. Aliud derivatum **כברה**, cribrum, quod farinam multiplicare videatur in aere, hanc notionem etiam firmat. Sic & Raschi ad Job. 8. 2. **כביר** proprie ait esse **לשון רוב** notionem multitudinis: licet non ignorem alios conjungere notionem magnitudinis, (ex usu Linguae Arabicae eam, ut videtur, addentes) sed in S. S. nil occurrit quod nos eo devenire cogat. **כביר** enim omnia Lexica per *multiplicare* reddunt. Et **כביר** ubique per *multum* transferri potest. Vide de eo Cl. Bootium in *Anim. Sacr.* l. 3.

c. 2. ubi ostendit vocem כביר nunquam significare *fortem*, sed *copiosum*. Fateor apud Arabes كبير significare *magnum*, sed ad Arabicum sermonem confugere non opus est, ubi Hebraeus vocem ipsam כביר καβειρ habet sensu ad minimum aeque commodo, ac fundit vox Arabica. Cur rivos petimus, quum fons nobis pateat? Cur a filia poscimus, quod mater ipsa nobis subministrat? Ego certe nullam hic necessitatem video: atque ita occasio reprehensionis praeciditur hominibus quibusdam μισέραψι, qui aegre ferunt voces Hebraeas, Phoeniciasve ex Arabica (quam nudius tertius natam credunt, ego filiam Hebraeae matre sua locupletiore hoc tempore existimo) explicari. Hic utique nil me cogit. Dixerit Varro Cabiros esse Deos Magnos, dixit etiam *potes* & Δυνατὴς. Nec ullus veterum, quod sciam, scripsit, Cabiros inde ita dictos esse, quod essent magni. Ego etiam illos Deos magnos esse dico, nego tamen Cabiros ideo dictos a כביר quasi *magnos*: quod nomen multis aliis Diis, qui Magni appellantur, commune fuisset, & non datum aut Dioscoris, aut Cereri, Proserpinae, Plutoni, & famulo Deorum Mercurio, exclusis reliquis.

V I.

DISSERTATIO

D E

VETERI LINGUA

I N D I C A.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

10/1




V I.

D I S S E R T A T I O

D E

VETERI LINGUA
INDICA.

I.  Btulerunt se mihi in lectione scriptorum veterum & Lexicographorum *λεῖψανα* quaedam veteris linguae Indicae, quibus licet ab aliis plura addi posse non dubitem, qui in monumentis antiquorum magis versati sunt, ea tamen, quae ipse adnotavi, cum conjecturis meis, lectorum oculis subjiciam. In quibus pleraque ex lingua Persica luculenter illustrari posse deprehendi, quod me in illa opinione firmat, minus cognitam veteribus Indiam fuisse, & ut regentium audientiumque animos magis per
O celled.

*§. 1. Vetus
lingua In-
dica cum
Persica
confusa.*

Vol 1

cellerent, multa Indis tribuisse quae nonnisi Persis tribui debebant: quod maxime clarum est in iis vocabulis Indicis quae ex Ctesia proferemus, & adeo manifesto Persica sunt, ut negari non possit. En illarum vocum seriem, ordine Alphabetico digestam.

A N A N C E S.

Anances.

Avis Indica, sturno similis. *Hesychius* Ἀνάγκης, ὅθεν πῖ Ἰνδικὸν ὁμοίον ψάρῳ. Puta scribendum, Ἀναύκης, & ex literarum γ & affinitate factum τὸ ἀνάγκης. *اذوق Anouc* enim nomen avis est apud Persas, quae corvo similis dicitur & inter aves rapaces solet recenseri. Vide quae in Lexico Arabico *Goli*us habet ad hanc vocem. Corvos autem & sturnos ejusdem esse generis aves veteres *Hebraei* in Talmude & alibi jam observarunt quorum testimonia collegit vir consummata eruditionis *S. Bochartus* in Hieroz. p. 2. l. 2. c. 23. unde per Gematriam עורב למינו *corvum juxta speciem suam*, eundem numerum efficere, sc. 414, cum זרזיר *sturno*, *Baal Hatturim* notavit. Quare eandem hanc avem *Anouc*, quae corvo similis est, innuere voluisse *Hesychium* reor, quum Ἀναύκης describit avem sturno similem. Nam si v

ca

eam sturno sive corvo similem dixerit, res eodem redit. At unde **اذوق** *Anouc* dictus est? ab adunco rostro, ni fallor, siquidem **ادق** *Onac* in lingua Malaïca quidvis *adun-*
um notat, & sono quoque cum *uncus* convenit. In Persico aut Arabico sermone nihil invenio, quod magis probem.

B A L L A D E.

II. *Utilis*. Ita Ctesias scribit in Indicis. Vo- §. II.
 ces autem, quas ille pro Indicis habet, reve- *Ballade.*
 a Persicae sunt, uti statim a nobis jam obser-
 atum fuit. Fuit, illo auctore, βαλλάδη no-
 men fontis, cujus aquae scabiei medentur, at-
 que ideo fons iste βαλλάδη dictus est, quod
 convenit cum Graeco ὀφελίμη, *utilis*, κρή-
 νη, πηγῇ. Forte vox illa βαλλάδ, nam η ter-
 minatio tantum faeminina est, non est alia
 quam **بالاد** *Balâd*, quae Persis rem lau-
atam notat: quod enim utile est meretur lau-
 dari. Atque ita Ctesiae interpretatio non
 vultum recedet ab ea, quam hodie Persae dare
 offent.

B A R R O.

III. *Elephas* Indis ita dicitur, teste Isidoro. §. III.
 Verum de hac voce jam egimus supra, p. 183. *Barro.*

B E R B E R I.

§. IV.
Berberi.

